


1893







1. Olvenstedt, Jac. J. Zingunb  
Lutheri von Dr. philoso,  
philii, Magdeb. 1600.
2. Masofastor Bonift von  
Exorcisme 1541.
3. Glossa ordinaria ad  
Litteras Alexandri pape  
VII. quas protexu  
paxi procurando inter  
Catholicos principes  
scripsit. 1655.



73

IOACHIMI ILLYES  
NOVA THEO.  
RIA, DE NATVRA, CONSTI-  
tutione & facili via discendæ  
Medicinæ,



SCOPVS ET OECONOMIA TO-  
tius tractatus, Capitul. 1.



IRCA PHILOSOPHOMEDICAM, de natura, essentia, constitutione & ordine doctrinæ, Asclepiadeæ disciplinæ, hanc contemplationem, occupati (de cuius nobilitate, vel præstantia, ac utilitate, præfationis loco, non absre esset, ppter peruersum nonnullorum, de valde hac in vita communi necessaria utilissimæq; disciplina iudicium, quædam præmittere; Quia tamen nullo est opus, vino, ut in trito sermone dicitur proverbio, vendibili, suspensâ hæderâ, satisq; per se est clara, celebris, illustris, Medicina, imò subiecti ratione, philosophica excepta sapientia, facile præstantissima, cum hominem sanum vel sanandum, præter reliqua, non certè corpus humanum solummodò, sed totum hominem, ex anima & corpore constantem subiectum sibi attribuat, quem nobilitate atq; præstantiâ facile, hōinem peccatorem, personamq; in foro litigantem, cum sanitas Dei donum

A



DE NATURA

num sit, peccatum & litigatio veriùs à Diabolo, aut  
 saltem non à Deo originem suam trahat, superare, ex  
 tra omnem est controversiæ aleam positum: Finis quæ  
 gratiâ, utilissîma, cum sanitate, quàm legitimum &  
 vernaculum medicinæ finem esse, in progressu uberiùs  
 declarabitur, sublata, cessent Ecclesiastica, desinant  
 Politica, corruât Oeconomica: omnia namq; quæ in  
 hisce sublunaribus à nobis fiunt, ut quotidiana evidens  
 ter id demonstrat experientia, sanitatem præsupponere  
 consueverunt: A Phrenetico enim & similibus  
 corruptis hominibus, ut ad accidentia quæ corruptio  
 nis vox, à substantijs, bona Eruditorum pace, trans  
 feratur, nec doctrinam Evangelij puram, nec iuris p  
 nunciationem, nec familiæ per virtutum & legum pri  
 vatarum præscripta gubernationem, vel postulabis  
 vel expectabis; sciens hic Medicinæ encomium vel  
 commendationem prætereo) Circa huius, inquam,  
 nobilissimæ utilissimæq; disciplinæ naturam ac con  
 stitutionem occupati, in auribus meis vibrabat sona  
 batq; illustrissîma Philosophi nostri I. poster, analyt.  
 statim in vestibulo sententia: πᾶσα διδασκαλία ἐπὶ πᾶ  
 σα μάθῃσις διανοητικὴ ἐκ προὔπῃχδσησ γίνεται γνώσεως:  
 Quam doctrinæ apodicticæ præmittebat prudentissi  
 mus præceptor Aristoteles, non ut inde probaret dari  
 demonstrationem, quemadmodum nonnulli compen  
 diarij sibi persuaserunt, facile enim, negantes demons  
 trationem, modum illorum ex præcognitis negarent,  
 sed ut ostenderet, non necessarium esse, probare des  
 monstrationis τὸ εἶναι, contra insultus insultorum, de  
 monstrationem fortassis negantium, propterea quòd  
 in omni doctrina & disciplina, illa res, de qua tractatio  
 insti.



instituitur, præsupponi debeat, cum quod sit, tum etiam quid sit, tum utrumque & quod sit, & quid sit: Huius vestigijs insistent, non necessarium esse arbitror, Medicinam esse cum Hipp. in lib. de arte & de veteri medicina prolixè probare: Si namque medelâ omnes concedunt, à quotidiana convicti experiētia, medicinam, si sana mente sunt præditi, quomodo esse negant? Verum, cum ἡ ἴα ἐστὶν ἰατρικὴ, nulli propemodum non conveniant, omnes verò ἡ ἴα τὴν ἰατρικὴν dissentiant, solummodo τὸ ἐστὶν ἰατρικὴν præsupponam: τὸ δὲ τὴν ἰατρικὴν diligenter inquiram: Postea de partibus essentialibus medicinam constituentibus speculabor: Tandem viam ac rationem, qua quilibet, facili negotio & cura, sibi rerum medicarum cognitionem comparare possit, cum finis boni ordinis, facilius sit & melior nostra cognitio, quemadmodum passim docet Iac. Zabara, in operibus suis logicis, nec non plerique alij, monstrabo: ubi postea simul synopticè totum Medicinæ corpus delineabo.

DEFINITIO NOMINALIS ET VARIÆ  
aliorum de essentiali opinioniones Cap. 2.

**P**Rincipiò cunctis est notum Philosophis, voces ex placito & humano arbitrio conceptibus imponi, ex vestibulo primi capituli libri de interpretatione Aristotelis, & conceptuum, nisi significationis sint expertes, quemadmodum apud Græcos κλίτυροι καὶ σκινδαφοί, & fortè similes, quarum sæpè facit mentionem Gal. & alij, si non simulachra, vel ἁμοιωµατα, ut ibidem Ammonius notabat, saltem σύμβολα καὶ σηµεῖα, signa & notas esse, easque non naturâ, sed ex arbitrio



## DE NATURA

trio & instituto hominum valere, non secus ac nummos: Cùm autem Deus & natura nihil frustra faciant, profectò & homo, qui ex ratione sua cuncta sibi convenientia operari debet, frustra conceptibus seu rebus conceptis, nomina imponit, sed semper propter causam aliquam probabilem, cur hoc huic vel illi rei conceptæ sive illud nomen iure competat: Unde non tantùm origo vocabulorum derivatorum consideranda, sed etiam primitivorum ratio, cur legitimè vel secus ita res appellentur, est inquirenda, non quidem illa, quæ à vocabulorum impositoribus fuit respecta, cùm vix hæc divinari possit, quibus panem, si ita libuisset, licuisset lapidem appellare, & contrà lapidem panem, sed, quæ probat, legitima voce animi conceptum exprimi: Talis autem unus rei non semper unica, sed multiplex esse potest, ut cum virum & propter virtutem & propter vires ita appellatum dicimus: Sic quæ res de Medicina habet, quæ vox est ex arbitrio humano arti curativæ indita, non tamen sine ratione; quâ verò inventorum & impositorum, Deus novit, sed vel à medio non à modo, ut Isondorus cap. 2. lib. 4. orig. opinatur, quem temperamentum interpretatur, quia medium semper in eius operatione sit adhibendum, ne aut peccemus in medicamentorum excessu, ut non contristetur natura, aut defectu, ut non inanem laborem suscipiamus, nam excessu contristatur natura, gaudetque mediocri, ut 2. Aphor. 51. Hipp. testatur: vel rectè etiam appellata est hæc ars Medicina, à medèdo vel medicãdo, quia monstrat modum ac rationem, imò ipse habitus est, ex quo Medicus morbis medetur: Et hæc videtur potissima huius



## MEDICINÆ

huius appellationis ratio, ab officio Medicinæ sumpta; cui nonnullæ possent affingi alix, ut qd à medica herba dicta sit, vel Medusa, vel medicina pro veneno accepta secundum Nonium, qd scilicet Medicina medicinam curet, h. e. venenū, si magni momenti res esset, & non magis ad Grammaticos, quàm Philosophos & Medicos, de ipsis rebus sollicitos, hæc cura pertineret, quibus hac de re pro libitu & voluntatis arbitrio iudicare per me licet, de re difficiliore & magis ardua, propter opinionum varietatem & multitudinem, de definitione Medicinæ extantium laborantem, quas ordine à prisca incipiendo Medicis, & progressum ad recentiores faciendo, recensebo, paululumq; examinabo.

Ac primò se mihi offert definitio Hipp. in libello, quem scripsit de flatibus, qua definitur (pace definitionis) per adiectionem & subtractionem, adiectionem scilicet eorum, quæ deficiunt, subtractionem, quæ redundant. Hanc definitionem magni nominis viri defendere & comprobare sunt ausi: Citatur namq; à Galeno lib. 11. Meth. 12. & alibi, tanquam bona, ac ut legitima comprobatur: Ad cuius nutum se componens Leonh. Fuchsius in suis institut. medicis, eandem tuetur atq; defendit, dicendo, non temerè eam Galenum approbare, cum nulla medicinæ pars reperiat, q̄ hæc Hippocratica non in se includat definitio: Duas namq; primas ac maximas medicinæ putet esse partes, quarum altera sanitatem tueatur, altera morbos profliget, quas ambitu suo proposita definitio complectitur: nam præsentem sanitatem non nisi adiectione optimorum ciborum & potuum, ac supervacuatorum, excrementorumve, subtractione servabimus, amissam

1. Defini.  
Hipp.



DE NATURA

Refutatio.

verò ijsdem quoq̄, nempè subtractiōe ciborum, quando ex redundātia morbus natus est, adiectiōe verò eorūdem, quando ex defectu morbum contraximus, recuperabimus. Alijs non item arridet, non minus subtilitatibus philosophicis ac medicis refertis, quibus ne scio, qui magis assentiar, fortè quia nunquam, contra leges logicas institutas definitiōes, approbarim: Quod si enim logica definitio essentiam rei declarat, quem admodum ex eius patet definitione 1. top. 4. 2. poster. analyt. 3. non videtur absurda consecutio, si illa definitio, quæ non est logica, non dicatur essentiam declarare, quod tamen semper definiendo quærimus. Quapropter cū etiam Hipp. hæc proposita definitio logica non sit, h. e. secundum leges logicas extructa & conformata, ideoq̄ etiam essentiam definiti non declaret, eam ut legitimam retineri non debere, iuri philosophico videtur esse quàm convenientissimum: Quis enim unq̄ Philosophorū ausus fuit, duplex unius rei definiendæ in definitione genus exprimere? Num Hipp. qui, ut Simonius, insignis philosophiæ & medicinæ Doctor doctè aliquando me Pragæ monebat, rudi Philosophiæ vixit seculo? Num ignoravit, uniuscuiusq̄ rei, non nisi unicum solummodò formam esse, quàm genus definitionum accidentium exprimit? hoc enim, si eum non præterisset, duplex genus in sua definitione non collocasset, additionem scilicet & subtractionem, seu quod idem est, ablationem & additionem. Neq̄ pro salute Hipp. ingeniosissimus etiam dicat, subtractionem differentiæ munus in hac Hippocratica definitiōe subire, cū ita non in abstracto, sed in concreto, de medicina prædicaretur, utpote  
quod



quod medicina esset additio subtractoria, quod est, calorem esse qualitatem frigidam dicere, aut ut Germani loquuntur, *Ein hölzern Feuerisen machen*: Neque etiam contrarium unum alterius contrarii potest esse differentia, cum sint diversae species, sub eodem genere contentae: Praeterea additio non latius vagatur quam subtractio, nam cui quid potest addi, eidem etiam quid potest adimi, ut universali inductione patet: Insuper non est differentia generis, quod aequè ac genus in definitione, loco generis poni potest, & genus iterum loco differentiae, quia genus semper debet latius patere, & à differentia restringi, ideoque subtractio differentiae locum tueri non potest, nihil enim refert, si dicam cum Hipp. medicinam subtractionem esse, & additionem. Quare hac ratione Hipp. sufficienter defendi non potest, nec dextrè oppositus definitioni propositae obex dirumpi. Accedit huc alia lex logica lib. 4. topic. l. 4. secundum distinct. Iac. Schegkij, & lib. 6. topic. c. 2. l. 7. secundum distinct. Ioh. Franc. Buranae, quae non minùs ac superior, Hippocraticam hanc accusat & condemnat, ex definitionum politia extirpandam & explodendam non sine ignominia, definitionem: Factam enim lex illa sibi esse summam iniuriam conqueritur, propter genus, quod ex alia est petitum categoria, quam ipsum definitum: Medicina namque qualitas est, quia habitus, additio verò & subtractio, actio, quia operatio, à substantia per quas litates agente profecta, quamvis aequè circa qualitates quam quantitates versetur, nam tam caliditas caliditati potest addi, quam magnitudo magnitudini, multitudo multitudini, idem esto de subtractione iudicium:

A 4

Hanc



DE NATURA

Hanc alia corporis logica lex excipit 6. topic. 3. & penitus ex definitionum communiōe excludere Hippocraticam superiorem medicinæ iubet, propterea quòd præcipiat omnibus definitionibus, ut non latiùs vagentur, quàm definitum, ut huic tantùm non alteri accommodari possint, alioqui enim definitum & definitio non essent ἀνύσφιζοντα, quod quia Hippocratis definitio præceptum violavit, bono iure condemnatur: Quid enim sutor aliud facit in effectiōe calcei, quàm quòd addat necessaria, auferat superflua, Pelio item, Sartor, & reliq omnes mechanici, quos liceret ex Hipp. definitione Medicos appellare, quod tamen est ἀλογον, ideoq̄ & illud absurdum, ex quo tale incommodum sequitur. Demùm si tantùm est additio eorum, quæ deficiunt, & subtractio eorum, quæ abundant sive excedunt, quid faciet in sano corpore, quod tota Medicorùm curia in mediocritate constituit, ita ut de neutro horum extremorum, vel de excessu inquam, vel de defectu participet, vel ut clariùs dicatur, in quo nihil redundat, nihil deficit, sed omnia probe sunt temperata? num hic addet, an subtrahet? certè si alterutrum horum Medicus tentaverit, ex sano non sanum efficiet, destruet namq̄ temperatam, in mediocritate consistentem, corporis istius sani constitutionem: At hoc corpus non secus ac neutrum & morbosum pro subiecto habet, ideoq̄ non tantùm additio est medicina & subtractio, sed etiam conservatio, nam conservat sanum corpus, in sua temperata & naturali constitutione, nihil autem addit, quod desit huic, vel subtrahit, quod abundet, nam hac ratione ἀεὶ ἀδρα introduceatur, quæ iam dudum à Gal. in lib. de arte est explota. Quod autem Fuchsius profert, nullius est momenti



momenti: hoc namq; modo colligebat: Quæcunq; definitio omnes definiti partes complectitur, illa est bona & legitima: Hippocratis omnes Medicinæ partes complectitur: Ergò est bona: Minoris statim subijciebat *σώεχον* tale, quia duæ sunt primæ ac maximæ partes Medicinæ, sanitatem conservare & morbos profligare: En probationem succenturiat prorsus *νεγρομένην* contrariam: Hoc enim vult, Medicinæ definitionem in se complecti omnes Medicinæ partes; *σώεχον* dicit, non omnes, sed tantum præcipuas, ut sunt præsentem sanitatem conservare, deperditam restituere: Quare concludit, non omnes partes Medicinæ illam definitionem in se complecti: Ac certè nihil de subiecto est expressum, quod tamen omninò est necessarium in artibus, cum hoc sit basis & fundamentum ipsius finis, & eo sublato, finis locus nullus reperitur. Neq; etiam præsentem sanitatem conservare & deperditam restituere, essentielles sunt Medicinæ partes, sed tantum officiales, non secus ac in Rhetorica invenire, disponere etc. Medicina namq; iam ex suis essentialibus partibus constituta, quæ quales sint, infra dicitur, docet, sanitatem conservare vel restituere: Nulla quoq; principiorum hic fit mentio, sed solummodo finis & officij: officium est sanare, finis est sanitas seu sanitatis possessio, ut ex inferioribus liquidò constabit.

Idem una definitione non contentus, sed de veritate essentialis & definitionis non omninò certus, in lib. de arte hoc quoq; modo definit, quòd sit ars, quæ à morbis ægrotantes prorsus vindicat, & morborum vehementiam obtundit, atq; ijs, qui à morbis victi sunt, manum non admovet. Quæ definitio priori

2. Defini.  
Hipp.

Refut.

B

W



DE NATURA

Refut:

¶ & melior, ex parte verò peior aut saltem æquè vitiosa. Ratione generis, quòd fortè fortunà rectè Hipp. assignavit, laudanda est, ratione verò differentiarum, nulla commendatione digna, siquidem nulla essentialia Medicinæ facta, verum subiectum non expressum, nulla principiorum mentio facta, sed solus finis adductus, isq; non universus, sed particularis saltem, non solùm enim vult Medicus à morbo ægotantem liberare, sed ne homo in morbum incidat, prohibere, & diligenter prospicere, ut patet ex Averr. lib. 1. collig. cap. 1. Neq; etiam Medicina prius vindicat à morbo ægros, sed hoc saltem intendit, licet non semper voti sui compos fiat, quare sufficit, si adhibeat illa instrumenta & media, quæ ad sanandum sunt conducibilia, h. e. si rectè & secundum rationem curet, ut graviter monet Philosophus lib. 1. topic. 2. lib. 1. rhetor. 1. & fidelis eius in alijs interpres Simonius in præfatiõne, quam suæ methodi pestem curandi præfixit.

3. Defini.  
Herophili.

Refut.

Herophilus hanc Medicinæ assignat definitionem, quod sit scientia salubrium, insalubrium, & neutrorum: per salubria intelligens ea, quæ & sana sunt, & quæ sanitatem efficiunt, & quæ sanitatem significant: Hæc autem definitio & ratione generis culpanda est & ratiõne differentiarum reiicienda: Genus namq; in definitionibus debet esse *διὰ τὸν ἴδιον σκοπὸν* lib. 6. topic. 1. 26. cap. 3. propter rationem ibi à Philosopho allatam. Ac scientiam non esse proprium genus Medicinæ, ex his, quæ in progressu dicentur, clarum fiet: Nec hoc negatur ab alijs, qui pro salute Herophili dicunt, hoc loco scientiam in lata significatione pro noticia seu habitu intellectuâli usurpatam esse, qui unâ cum Herophilo in reprehensionem iure cadunt,  
nam



nam ipsi unà cum eo sic non propinquum, sed remotum genus in definitione locant, quod non minus est vitiosum, quam peregrinum genus speciei assignare. Differentiæ eius quoque sunt generis, ut non principalissimum Medicinæ, quod est essentialis, contineant, nam si solummodo ea, quæ sunt salubria, insalubria & neutra, ad Medicinæ constitutionem essentialis concurrunt, quid opus est in ea sanitatem considerare, à qua tamen tota Medicina constituitur, & essentialiter ab omnibus alijs  $\delta\mu\omicron\gamma\upsilon\varsigma$  disciplinis secernit, illa namque salubris dici non potest, nec insalubris nec neutra, cum concretum de abstracto, non nisi fatuus prædicabit. Reticeo, quod non verbis clarijs & perspicuis rem definitam declarat, nam quot quæso per salubria intelligit, ipsum scilicet subiectum, ipsa media sanitatem efficiens, ipsa quoque signa, & fortassis diceret ipsum quoque finem vel sanitatem, quam tamen per salubre intelligere & enunciare, est absurdum, cum sanitas forma nuda sit, ideoque talis conceptus, talis etiam interpretatio, salubre verò subiectum, habens talem formam, aut etiam quod talem formam potest producere, propter similem formam insitam. Præterea cum Medicinæ natura & essentia in operatione consistat, & non in cognitione, non enim ut cognoscamus, subiectum, ut v. g. hominem ex aliorum sententia, item medicamenta, sanitatem, morbum, horumque signa, medicina docetur & discitur, sed ut sanitas deperdita restituatur, præsens conservetur: Nullius autem operationis mentio in Herophili proposita definitione fiat, iure merito tanquam minus congrua est reijcienda & reprehendenda.

Hanc definitionem quia retinet & probat Gal. 4. Def.  
 B 2 eodem Galen.



DE NATURA

*Refut.* eodem etiam crimine quo Herophilus, iure condemnatur & rejicitur.

*5. Defini. Avicen.* Avicenna magis artificiosè Galeno, Herophilo, & Hipp. definit hoc modo, quod Medicina sit cognitio humani corporis prout sanitati vel morbo subicitur: Quia tamen etiam genus non est *δινησος ἢ ἰατρικῆς* ut patet ex paulò superiùs traditis, & clariùs infra manifestabitur, neq̃ etiam principiorum fimbria quidam tacta, quod tamen omninò in definitione artium est necessarium, quia potissima pars earum in illorum explicatione consumitur, omnibus numeris nondum ab ipso quoq̃ absolutè est definita.

*Refut.*

*6. Defini. Averr.* Averròt in hunc modum placuit lib. 1. collig. cap. 1. Medicinam definire, quòd sit ars operatrix, exiens à principijs veris, in qua quaritur conservatio sanitatis corporis humani & remotio suæ aegritudinis.

*Refut.* Quæ definitio amicè Iacobo Zabarellæ arridet lib. 2. de Meth. cap. 14. non fortassis quòd tantus Philosophus simpliciter, ut absolutam omnibus numeris, & omninò perfectam, approbarit, sed saltem respectivè, comparatione & collatione instituta, inter hanc & Avicennæ, item Galeni definitiones, inter quas omni iure, Averròis, principatum tenet: Nam simpliciter non videtur mihi approbasse, cùm non ignorarit, illas definitiones quoq̃ vitiosas esse ex 6. topic. quæ sunt *ἐπιονάτσοαι* & quæ integrè manere quibusdam sublatis solent: Illa enim vox operatrix, est planè superflua, nulla namq̃ ars reperiri licet, quæ nō sit operatrix: Et si operatricis vox necessaria est in hac definitione, aut generis vicem subit, aut differentiæ officio fungitur: Non generis, quia illud ars est: Non differentiæ, quia operativum esse latius patet, quàm artem



artem vel artificem esse, nam omnis quidem ars est operativa, sed non omne operativum ars est, alioqui etiam prudentia, ars esset, & sic diversae eiusdem generis species, de se invicem praedicarentur, quod est in philosophia absurdum: Omnis enim prudentia est operativa, prudens namque operatur, quia practicus est, artifex etiam, quia effectivus. Nec est quod dicas artem operativam concurrere ad genus Medicinae explicandum; quando enim plures voces concurrunt ad genus declarandum, tunc una voce genus exprimi non potest, quod hic non est necessarium, & tunc id quod proxime praedicatur in definitione de specie, latius patet, quam sequentia, quae restringere illud late vagans solent, ut tanquam genus proximum de definito praedicetur: operativum ergo, quia non est angustius, sed latius arte, hac quoque ratione non est necessarium. Sed dicent alij, operativum hic non significare alteram partem divisionis, qua dividuntur disciplinae in speculativas & operatrices ab operatione, sed significare hic illas artes, quae opus post operationem relinquunt, & ab opere non operatione operatrices appellantur: Ad id *ἡ ἀπὸ πρῶτον* facilis est responsio: nam si hoc ita esset, homonyma praesens contineret definitio, quae non minus a definitionibus removentur ac reliqua vitia 6. topic. a Philosopho, quia hac ratione obscurae definitiones evadunt, quas idem nullo modo legitimas praedicari permittit: Deinde hoc non est necessarium generi addere, quia qualis medicina ars sit, differentiae explicant, ex quibus nullo negotio intelligi potest, an instrumentaria sit, nec ne? qui namque ex definitione cognovit, Medicinam artem esse, quae medelam in corpore efficit, illi statim quoque innotescit, eandem

B ;

instru



DE NATURA

instrumentariam esse, propterea quod opus post se, corpus scilicet medicatum sive curatum relinquat.

7. Defin.  
Fernel. &  
Fuchsi.

Refut.

Iohannes Fernelius in præfatione sua in Medicina, & Leonhartus Fuchsius lib. 1. institut. sect. 1. cap. 4. hanc excogitarunt, aut ab eodem præceptore fortassis acceperunt definitionem, quod Medicina sit ars ad humani corporis sanitatem tuendam, profligans dosq; morbos comparata: cui subiicit statim Fuchsius aliam, nescio quam ob causam, cum unius rei unica tantum sit essentialis, bona, & legitima definitio, non certe æque laudabilem, quod sit ars usu atq; ratione constituta, corporis humani bonam valetudinem custodiendi, perditamq; recuperandi: Rationemq; utriusq; definitionis addens, inquit, utramq; bonam esse, propterea quod totius Medicinæ capita contineat. Ex quibus postrema est valde ieiuna & frigida, propterea quod tautologus sit referta, nemo enim est, qui ignoret, omnem artem usu comparari, cum sit habitus: Nemo quoq; nescit omnem artem à ratione constitui, quemadmodum ex definitione eius 6. ethic. patet: aut detur à Fuchsio ars, quæ non usu & ratione comparetur, & aliquo modo eius definitionem comprobabo: num quia artificiosè videntur quædam bruta operari sine usu & ratione, ideoq; illis artes affinget? Certè illud operari, non tam est artis quam naturalis consuetudinis & inclinationis, qualem nullam artem esse patet ex eo, quod nulla sit innata, sed omnis per usum & exercitationem acquisita. Utraq; autem laborat hac infirmitate, quod non expressè sed implicite principiorum sive mediorum mentionem

faciat,



faciat, quæ quia ex principalissimis sunt artium partibus, necessarium est, non subintelligere, sed clarè exprimere, ut notat Iac. Zabarel. lib. 2. de meth. cap. 14. Propter subiectum etiam, quia non verum Medicinæ subiectum declarat, meritò in reprehensionem utraq; cadit, quod quale sit, infra pluribus declarabitur. Sed cum hic libellus saltem debeat esse introductorius in artem medicam, nihil opus est, omnes omnium definitiones examinare, cum in immensum labor noster hac ratione videatur excrecere. Quare missis his, ad veræ definitionis artis medicæ assignationem, me iam accingo.

Perfecta Medicinæ definitio

Cap. 3.

**N**on malè profectò præcepisse videntur ij, qui in definiendis operatricium disciplinarum speciebus, iusserunt, primò genus *ὀνισσορ ἢ ἢ ποτεχέσ* quærere, quod vel prudentia est, vel ars, deinde differentias sumendas esse primò à subiecto, non quidem inhærentiæ, cum enim disciplinæ sint, non possunt nisi in intellectu esse, ut ex 6. ethic. patet, ubi propterea intellectuales virtutes appellantur, idèq; illud subiectum ab ipso genere satis clarè & perspicuè denotatur, sed à subiecto in quod sive subiecto operationis, ut Zabarella & alij rectè loquuntur: Deinde à fine, & tandem à principijs:

Et



DE NATURA

Et ratio non est ignobilis ratione primò generis ipsius Philolophi 6, top. 3. nam qui proximum assignat, reliqua superiora & remotiora simul ponit omnia, non contrà, utpote qui hominem per animal definit, simul dicit eum animatum esse, corpus item, tandémq; substantiam, non autem qui hominem per corpus definit, simul quóq; dicit eum animal aut animatum esse, cum non omne corpus sit animatum, nec omne animatum animal: Ratione differentiarum quoq; præceptum illud logicorum, sua non destitutum est ratione: cum enim operatricium disciplinarum hæc sit natura, ut operari velint nonnihil, in hoc certè tota illarum vis est constituta, ut illud ultimum intētum, quod primum est movens, assequantur, quo acquisito operari desinunt, hoc autem finis est: Ille verò quia non potest produci, nisi ab aliquo, necessariò requiruntur media ad illum finem coducentia: Tandem quia productio est actio, & in omni actione necessariò requiritur agens, desideratur etiam patiens, necessarium est quóq; subiectum operationis, in quo operatio desinat, & quod recipiat id, quod ab agente producitur. Cum ergò operatricium disciplinarum natura constituta sit in operari, quemadmodum theoreticarum *ἢ τῶν θεωρητικῶν*, vel contemperatione, necessariò illa quóq; quæ in omni operatione sunt necessaria, in definitione operatricis disciplinæ sunt explicanda, si modò velimus integrè naturam eius declarare. Quapropter & ego integrè desiderans naturam & essentiam Medicinæ, huius inquam operatricis disciplinæ, definitione exprimere, filum superiorum præceptorum sequar, & proximum genus primò indagabo, postea integram definitionem, ex illo legitimo genere, & essentialibus dif-

ferens



ferentibus, à subiecto, fine, & medijs sive principijs medicis, non quidem cognitionis, sed operationis haustus, constantem, assignabo. Ac ut nihil in genere hallucinemur, altiùs paulò & diligentius illud est indagandum, imprimisq; sub quodnam usitata & omnibus solidioribus philosophiæ proceribus approbata disciplinarum divisionis membrum, medicina cadat, videndum. Huius dubitationis causa, illi sunt, qui medicinam naturali philosophiæ subalternari cõsuerunt, moti imprimis autoritate Philosophi, librum de sensu & sensu, repetitis dictis in præcedentibus, & dicendis propositis in sequentibus, ita exordiuntis: Naturalem philosophum prima cognoscere sanitatis & infirmitatis principia, eundemq; acquiescere in illis, quæ medica sunt, medicum verò ab ijs, quæ de natura sunt, inchoare: Deinde hac ratione persuasi qd quæcunq; essentielles requiruntur ad disciplinarum subalternationem conditiones, Medicinæ & Philosophiæ omnes illæ competant, ita ut hæc subalternans, illa verò subalternata dicatur: Tria enim secundum eos iudicantur esse, ad veram subalternationem efficiendam sufficientia, videlicet, ut subiectum unius scientiæ contineatur à subiecto alterius, item ut hæc subiecta sint diversa inter se non essentiã, sed accidente, & demum ut principia inferioris scientiæ, quamvis demonstrabilia sint, tamen supponantur in ea, tanquam demonstranda & confirmanda in subalternante scientia: Quæ cum Medicinæ iure attribuantur, quis eam physiologiæ subalternari inficiabitur? eius enim quod vulgò & communiter statuitur, subiectum, corpus humanum, comprehenditur tanquam species sub genere, sub corpore naturali, physicæ adæquato subiecto, & differt

*An Medicina disciplina theoretica & physice subalternetur.*

C

ab eo



DE NATURA

ab eo non essentiâ sed accidente, quia contrahitur per differentiam accidentalem; quæ est esse sanabile per artem; Demum prima principia medicinæ demonstrantur & tractantur in physica, ut patet ex verbis Philosophi modò citatis: Quod si verum, necessario, cum subalternans & subalternata sub idem genus cadant, ad *δεωφελω* referatur, relinquitur. Huius opinionis patroni, in eodẽ erroris hærent sterquilinio, in quo sunt sepulti illi, qui scientias particulares primæ philosophiæ subalternari, eadem ratione impulsæ, sibi persuaserunt, ut eleganter ab Illustri Philosopho Pastro Jac. Zabarel. lib. de tribus præcogn. cap. 12. dictum sit, eos, qui in alijs scientijs (quàm mathematicis) talem subalternationem (scilicet veram) reperiri putant, & scientias omnes primæ philosophiæ subalternatas esse dicunt, & artem medicam, scientiæ naturali, aliâq; eiusmodi audent enunciare, decipi, & harum disciplinarum naturam non intelligere: Et non iniuriâ, potissimum enim requisitum ad subalternationem, ignorantes, sicco pede, ut dicitur in trito sermone, *πύβιο*, prætereunt, qd est ut idem subiectum formale sit in subalternante & subalternata: Differt enim hæc ab illa non penitus re considerata, sed tantum accidentali differentia, vel sensili qualitate, convenit verò prorsus modo considerandi vel forma, quemadmodum ex Averr. doctè admodum & ingeniosè Jac. Zabarel. l. c. confirmat: Et si de modo considerandi est ratio reddenda, non aliunde commodius illa, quàm ex natura scientiarum & demonstrationum petenda videtur: In his enim hoc usu venire didicimus, quod principia, per quæ *ἰδία πᾶδη* demonstrantur, sint propria, & non nisi hoc subiectum respiciant, quemadmodum



modum in naturali sit Philosophia, ubi corporis naturalis affectiones, ut motus etc., non nisi per propria principia, quæ tantum hoc physiologiæ *δεκτικόν* respiciunt, demonstrantur, ut & prolixè probatur ab Aristot. 1. poster. 7. Quod cum ita sit, quis non videt, idem subiectum formale in subalternata, quod est in subalternante (nam materiale secundum Philosophos, ut dictum est, sensibili aliqua qualitate alteratur) cum eadem sint in utraq; principia (à quibus formale subiectum dependet) quemadmodum manifestè ex Philosopho l. c. colligitur, necessariò ponendum esse? Ita secundò, illorum, qui aiebant physiologiæ medicinam subalternari, pro falsæ sententiæ corroboratione adducto fundamento infracto, non est difficilis, citatæ authoritatis malè accommodatæ, reiectio: Non enim necessaria & legitima est collectio, quia Physica corpus humanum & sanitatem contempletur, ideò illam subalternantem, & medicam artem subalternatam dici, cum ex hac illatione, fabrum ferrarium physico subalternari etiam, non iniquè possit inferri, namq; eius etiam subiectum ferrum, quia species corporis naturalis est, physicus considerat. Sed obijcient fortè illi, diversam esse huius instantiæ ratiõem, nam physicum & materiale subiectum medicinæ, corpus humanum, & formale, sanitatem, contemplari, nequaquæ verò hoc fieri dicent in fabrili arte, nam non cõsiderat physicus, & ferrum, & accidentariam, ab artifice in hanc subiectam materiam inserendam formam. Verum si ita instant, rectè in eos illud comici cadit, facere vides licet eos, nã intelligendo ut nihil intelligant, nã opponendo ut nihil opponant: Non enim in allata *ὄμοιο*



DE NATURA

dissimilitudinem aliquam monstrari posse, si primoribus saltem labris solidioris philosophiæ fontes degustassent, aut per transennam saltem eius monumenta inspexissent, affirmarent: Physicus enim non considerat sanitatem, tanquam formale suum subiectum sed saltem tanquam affectionem alicuius speciei naturalis corporis: huius enim subiectum non corpus naturale quatenus sanabile, sed quatenus naturam habet, à sanioribus integrè est confirmatum Philosophis: Medicus autem non considerat corpus naturale vel eius aliquam speciem, ut naturam habet, sed ut sanabile. Qua igitur quæso ratione idem subiectum & materiale & formale in utraq; disciplina esse potest: cum hic sanitas, ibi natura, formæ vicem subeat. Quare adducta fundamenta pro stabilienda huius subalternationis sententia, valde sunt infirma, & in arenoso loco extracta, unde nullo negotio, quemadmodum palam est, dimoveri potuerunt, ut illis, medendi artem ad θεωρητικὴν partem referri non sufficienter probetur.

*Cur Medicina non sit theoretica.*

Cur autem non contemplatrix ullo modo appellari possit, causa est, quia natura eius in molitione alicuius finis consistit, quæ conditio nulli scientiarum accommodari potest: Hinc ut ad alterum disciplinarum divisionis membrum, curandi disciplina referatur, relinquatur. Hoc autem cum iterum in duas seceretur species, activam scilicet & effectivam disciplinam, ab Aristot. 6. ethic. 4. iam etiam studiosè, sub practicamne, an verò ποιητικὴ, medicina cadat, inquirendum, cum ingentia sint inter ἡσθετική & ποιητική discrimina, ut millies ferè in morali philosophia inculcare videtur Philosophus. Atqui practicam eam esse, ex insulsa plurimorum loquendi consuetudine, liceret affirmare,

*An Medicina sit*

firmare,



firmare, medicinam in theoreticam & practicam divi- *disciplinā*  
 dentium, quosdam mancos, theoreticos, quosdam, pra- *practica.*  
 cticos appellantium, cum tamen ut paulo ante de-  
 monstratum fuit, nullo modo theoretica seu scientia,  
 medicina, nullusque, quia haec necessaria est de coniu-  
 gatis collectio, theoreticus dici possit medicus: Et si  
 partim esset contemplativa, partim operativa, nihil al-  
 iud nisi monstrum esse posset, quia duae & quidem di-  
 versissimae in una re reperirentur species. Demum  
 Medicum nullo pacto, proprie & philosophice loquen-  
 do, nam catachresticæ locutionum formulæ, speciem  
 accipienti pro genere, non vehementer reclamo, pra-  
 cticum appellari posse, si prius adducta fuerint τῶν πρα-  
 κτικῶν καὶ θεωρητικῶν & consequenter πραξιῶς καὶ ποιήσεως  
 discrimina, patefiet. Ac ut in his laconica utar brevilo-  
 loquentia, suum relinquo harum rerum discrimen non  
 sufficiens insigni alioqui Philosopho & Theologo  
 Græco, Memesio, lib. de nat. hom. cap. 19. Omitto  
 ut non commodum, commune, quod videtur fluxisse  
 ex lib. 1. magn. moral. cap. 33. & lib. 6. ethic. cap.  
 5. quod approbant Alexand. Aphrod. in lib. 6. me-  
 raph. com. 2. Diogenes Laërt. in vita Platonis, Eus-  
 tratius in 6. ethic. & alij: Nihil dico de discrimine  
 Iohan. Philop. in lib. 3. de anima, & orthodoxam de  
 hoc discrimine tantum propono doctrinam, secun-  
 dum quam recte tribus inter se modis distinguuntur  
 τὰ πρακτὰ καὶ θεωρητὰ: Primò, quia in rebus practicis,  
 semper facultatis appetentis tumultuatio conspicitur  
 sæpe tanta, ut rationis quæ secundum naturam domi-  
 na esse debet imperio parere illa contumax recuset:  
 In effectivis verò quatenus tales sunt, nulla per se ap-  
 paret perturbationum animi concitatio, qua frenum



DE NATURA

rationis excuti conculcariq; possit: Deinde τὰ πᾶκτὰ  
 semper sunt homini simpliciter bona vel mala, expe-  
 tenda vel fugienda, τὰ ποιητὰ verò huic tantùm vel illi  
 ἢ μέγθ bona sunt & expetenda: Tandem, illa in-  
 ternam materiam desiderant, hæc verò externam.  
 Ex quibus nullo negotio differentia τῆς πράξεως καὶ ποι-  
 ῆσεως potest elici: Primò enim πράξις est ἐνέργεια λογικὴ  
 1. *Discri-* ut Nemessii verbis utar, quæ versatur in rebus contin-  
*men actio-* gentibus, aut humanis, in quibus turbidi motus, qui-  
*nis & effe-* bus impeditur ratio, solent abortiri: ποίησις verò est  
*ctiois.* ἐνέργεια λογικὴ, quæ versatur in rebus contingentibus,  
 in quibus dum fiunt, nullus apparet per se appetentis  
 facultatis motus, qui mentem turbare, atq; impedire  
 possit: Si enim in praxi non esset talis pugna, non o-  
 perosum esset ac difficile civibus, honestè vivere, ne-  
 minem lædere, ius suum cuiq; tribuere, & ut summa-  
 tim dicam, benè conditis parere legibus: sed in effe-  
 ctione longè est alia ratio, nam, ut inquit Thomas, ni-  
 hil refert, quomodò se habeat artifex secundum appe-  
 titum, utrum sit lætus an tristis, iratus, &c. Atq; huius  
 primi discriminis, Autor est Aristot. lib. 6. primæ  
 philos. 1. ubi probaturus physiologiam neq; esse  
 disciplinam activam neq; effectivam, hanc essentia-  
 lem subiungit differentiam: τῶν μὲν γὰρ inquit, ποικ-  
 λικῶν ἐν τῷ ποιῶντι ἢ ἀρχῇ, ἢ νδρ ἔσιν, ἢ τέχνῃ, ἢ δάμασις ἔσ-  
 τῳ δὲ πᾶκτικῶν τῷ πᾶκτῶν ἢ προαίρεσις, δὲ γὰρ αὐτὸ δὲ πᾶ-  
 κτὸν καὶ δὲ προαιρετὸν, hoc est, in effectricibus discipli-  
 nis, principium effectiois in efficiente, vel est mens,  
 vel ars, vel facultas, in practicis autem principium a-  
 ctionis est ipsa προαίρεσις, idem enim est id, quod sub  
 actionem cadit, & quod præeligitur, seu qd post an-  
 tegrèssam deliberationem præ alijs appetitur. Item  
 lib. 3.



lib. 3. ethic. 1. insignis de actione reperitur locus: Inquit enim αἱ πράξεις τοῦ ἀνδρώπῳ ἀπὸ θυμῶ καὶ ἐπιθυμίας, actiones hominis cum ab irascendi tum concupiscendi appetitu nascuntur, Hoc discrimen attigit etiam Franciscus Vicomercatus lib. 2. de anima cap. 1. ex sententia Simplicii: Mentem namque ait cum appetitu coniunctam, causam esse earum rerum, quæ ad virtutem pertinent, quæ πράξεις sunt, finis enim moralis philosophiæ μάξις est, ut docet Aristot. 1. ethic. 3. sed eandem mentem appetitione vacantem, dicit ea, quæ artis sunt moliri & efficere. Inter recentiores Philippus Mocænius, univers. instit. contempl. 5. parte 1. cap. 2. actio omnis inquit atque actionis effectus oritur ex alicuius interni appetitus impulsu seu remissione. Denique quæ de actione & effectione Franciscus Picolom. gradu 5. philos. moral. cap. 52. dicit, cum proposita nostra differentia prorsus conveniunt. Alterum discrimen actionis & effectione est, quod μάξις, sicut & prudentia, quæ est πρακτική, πρὸς τὰ ἀνδρώπῳ ἀγαθὰ ἢ κακὰ, quæ homini ὄντως μέγιστα ἀλλ' ὅλως bona sunt vel mala 6. ethic. 5. versetur: Effectio verò, sicut & ars, in ijs occupetur, quæ huic tantum vel illi, bona sunt vel mala, expetenda vel fugienda. Ultimò ita μάξις & ποίησις discernitur, quod in actione, interna materia perficiatur, qualis est ipse animus: In effectione verò externa informetur & perficiatur, ut lignum, marmor, æs, aurum, corpus humanum: Nulla n. alia ratio reddi potest, cur non tam artificem, cum opus aliqd arte factum nobis offerat, quam ipsum opus intueamur, quod quia in hoc opere iam insit & contineat omnis perfectio, quod opus non esse internam materiam latet neminem: cum v. aliqd iuste, temper., fortit., ab aliquo factum est, oculos in eum, quægit convertimus, ut Themist. ad ludorum olympic. celebratam advertenti, universa

2. Discrimen actionis & effect.

3. Discrimen actionis & effect.





DE NATURA

Græcia, quæ eò confluxerat, assurrexisset, & unum illud, spretis ludis, esse intuita fertur, ut paulò accuratius quilibet hæc secum ponderando, facile mihi artem circa externam, prudentiam verò circa internam materiam occupari, concedere cogatur. Neq̃ verò novum hoc & inauditum prorsus esse dogma existimari volo, cum non huic ablimile aliq̃ eruditionis laudibus excellentissimi amplectantur & profiteantur: Si enim aliquantò diligentius recognoverimus, quæ à Philosopho nostro lib. 2. Phys. cap. 1. prolata sunt, eum nobis hac in re suffragari, fatebimur: Eodem modo mecum Franc. Picol. grad. 5. phil. mor. c. 52, & Iohan. Fernel. in præfat. sua in Medicinam, conspirare videtur, cum inquit, artis id esse cuiusq̃ proprium, ut in materiam, quæ sponte suapteq̃ natura prodijt in lucem, effectiorem quandam & facultatem inserat, quæ sine hominum aut mente aut manu per se ipsa non accederet: Non enim ars materiam, sed artificium in materiam *Extrinfecus* confert, quod aut stabile est ac firmum, veluti in extractis ædibus, aut fluxum atq̃ præceps, ut in tibicinum harmonia. Ex his iam quilibet nullo negotio, quorsum Medicina referenda sit, potest colligere: Cum enim Medicus restituens sanitatem, in externa materia ( utpote aliquo corpore ) operetur, atq̃ hæc operatio non simpliciter homini, sed operanti tantum sit bona vel mala: ( cum enim in artis exercitatione, non à legibus methodi aberrat, atq̃ ita feliciter finem consequitur, id astantes non omni, sed huic tantum artifici, acceptum referre consueverunt ) Deniq̃ sine ulla appetitus, cum rectæ rationis imperio, id fiat, pugna, nemo eam ποικιλίην vel artem esse, facile negabit, ut non uberiori & prolixiori corroborat

Qualis  
disciplina  
Medicina.



roboratione hæc veritas egere videatur, sed oportu-  
 num iam sit, remissa differentiarum, ad sua peculiaria  
 loca, enucleatione, ipsam definitionem, quam potissi-  
 mum hic quærimus, & quidem talem assignare, quæ  
 omnium perfectissimè & optimè Medicina definiat-  
 tur, qualem hanc esse autumo, qua definitur, quod sit *Perfecta*  
 ars, per remediorum materias, efficiendi medelam in *Medicinæ*  
 corpore elementato, sanitatis gratiâ. Artem eam esse *definitio*  
 analyticè paulò antè est probatum, quo si cui non est *authoris.*  
 satisfactum, hoc addat is quòq; fundamentum, quod  
 qualitas sit, & quidem habitus, quia à Medicina dici-  
 mur medici, dicimur tales vel quales, & comparatur  
 longa actione seu usu, tam docens quàm utens, quem  
 admodum de illa patet, & de hac testatur id Philoso-  
 phus 10. Ethic. 9. ubi affirmans Medicos ex libris nō  
 fieri, innuit usum & exercitationem necessariò ad effi-  
 ciendos Medicos ( usuales ) requiri: Ulterius, quod  
 habitus dianoëticus non ethicus, quia intellectum non  
 appetitum informat: Illi ergò quia tantum tres sunt,  
 scientia, prudentia, ars ( siquidem ab his sapientia &  
 intellectus levi discrimine tantum secernantur, cum  
 sapientia ad scientiam, intellectus ad omnes tres habi-  
 tus referatur, quemadmodum ex Metaphysicis appa-  
 ret, ubi metaphysicam, quam per sapientiam intelligit  
 in ethicis, Aristot. inter scientias collocat, quando di-  
 cit aliquoties, tres esse scientias, metaphysicam, phys-  
 cam & mathematicam: Intellectum etiam ad omnes  
 tres referri habitus, non est obscurum, cum habitus sit  
 tantum principiorum, quæ quia omnium trium sunt  
 habituum, hoc est, quilibet ex habitibus sua declaret  
 & enumeret principia, sequitur intellectum non essen-  
 tialiter ab illis distingui ) ac Medicina nec ad scien-

D

tiam



DE NATURA

tiam, cum in nuda contemplatione non acquiescat, nec ad prudentiam, propter superius allata rationis fulcra, referri potest, legitimè sub arte eam comprehenditur. Hoc genus restringitur postea essentialibus differentiis, quibus medicina ab omnibus alijs disciplinarum generibus, discriminatur atq; secernitur, petitis à principijs, ab utroq; fine, interno scilicet & externo, & tandem ab operationis subiecto, de quibus in altero membro huius tractatus uberius dicitur. Sed quaeritur, an incantandi ars, quae mendetur interdum aniculae & Canidiae Horatianae, summo fortunae favore, hac definitione comprehendatur, cum etiam illa per remediorum materias, medelam efficiat, in corpore elementato, sanitatis gratia, ut videatur omissa valde necessaria particula, *legitimas*, hac ratione, quod sit ars per legitimas vel debitas remediorum materias efficiendi medelam? Ad quod respondetur, illam particulam nullo modo in hac perfecta definitione esse necessariam, cum ea posita non perficeretur, sed infirmaretur definitio, quandoquidem topicum non posset tolerare examen: *πλεονάζουσα* namq; hæc est particula, vitiosam & reprehensione dignam definitionem efficiens, ipso enim genere latius vagatur, ideoq; differentia loco poni non potest: Si namq; ars est, quemadmodum revera Medicina est, secundum rationem operatur; est enim auctore Philosopho 6. ethic. 4. τέχνη ἐστὶ μετὰ λόγῳ ἀληθῶς κοινὴ κη, talis inquam habitus, qui cum recta ratione efficit: Quod igitur illegitima adhibet remedia, quae contra rationem sunt (quemadmodum in ipsa fit incantatione, illa enim quia à Diabolo potissimum, non certè à recta ratione profecta esse possunt) ars dici nullo modo meretur,

*Ars incantandi an includatur in hac definitione. quae tamen ars dici non vere potest.*



retur. Contrà verò quia Medicina ars est, cùm recta ratione efficit, & rationi convenientia sive legitima adhibet remedia ac consequenter legitimas remediorum materias, & ut summatim dicatur debita media seu principia medica, operationis p̄ta. Vnde aliud *Temerarij* inferre licet πόρισμα, eos videlicet Medici nomen *bonæ fortunæ* no titulo ac iure nō possidere, qui magis fortunæ auxi*o* confidentes lio & indigno favore, quàm artis lege curationes suas *non sunt* perficiunt: Artifices enim esse debent, ideoq; fortunati quidem, non tamen tantùm fortunati, vel fortunæ ductu curare, sed secundum rectæ rationis præscriptum medicinam exercere, alioqui curatores quidem erunt, medici verò minimè, & ægrotautes curati quidem erunt dicendi, medicè verò curati nullo modo, cùm non artificiosè seu secundum rectæ rationis præscriptum sint medicinæ sine imbuti. Porro, ex partibus *Qualis ars* culis differentiæ loco positis clarè patet, an Medicina *Medicina,* ars sit instrumentaria, de qua re iure disputatur, cùm sint, qui non instrumentariam eam esse velint, utpote quæ nullum post se opus relinquat, seu quæ circa confectionem instrumentorum non versetur, qua de causa, satis scire non possum, fortassis quia medicamenta non efficiat, sed à natura producta ad suum usum accipiat. Egregia ratio, quasi nihil aliud posset efficere quàm materias illas, quibus utitur; Sic Sartor licet utatur acu, ferro hoc instrumento materialiter considerato, ut re naturali à natura producta, formaliter verò, ut ab alio artifice preparata: Non tamen sequitur sartoriam disciplinam (nam artium omnium quæ tales sunt, eadem est ratio) propereà esse artem non instrumentariam: Relinquit namq; post se opus ad finem ultimū accomodatū & idoneum.



DE NATURA

Sic se quæ res in Medicina habet: Licet enim Medicus utatur, à natura productis materijs, ut lactuca in febribus, galla in dentium doloribus, ad suam accidentariam formam, in subiectum inserendam, item ab alio artifice ut pharmacopæo præparatis, utpote syrups, pillulis, trochiscis: Tamen inde non licet colligere, Medicinam artem non instrumentariam esse, cum aliud opus quæ hæc prædicta possit producere, utpote corpus elementatum curatum, quatenus curatum, non quatenus corpus. Vbi simul notetur nullum pharmacopæum posse medelam introducere in corpus elementatum, cum quia finis eius est medicamenta componere, tum quia tantum pro subiecto habet certam speciem corporis elementati, simplicia videlicet medicamenta, non universaliter omne elementatum, quia nec hominem nec animal, quod curet? Tandem non modo cognoscenti, sed etiam operanti hæc definitio est conducibilis, siquidem, ut cognoscentem prætereamus saltem, patefaciat operanti finem, propter quem laborare, subiectum in quo operari, seu quod curare debet, methodum quæ, media per quæ: Nam & propter medelam & propter sanitatem ultimò, labores & molestias debet suscipere, non propter lucrum aut pecuniam, quemadmodum prohi dolor frequenter fit, ita ut magis ditioribus, qui onerare eum munerum multitudine possunt, quàm pauperibus, quorum tenuis fortuna profusionem facultatum, & oblationem munerum non patitur, operam suam & fidelitatem præstet ac præbeat, sed in omnibus æqualem debet adhibere diligentiam, ut medelam artificialem, quemadmodum genus definitionis præcipiebat, in hominem introducat, ut particulariter de subiecto

*Usus definitionis extendit se & ad cognoscentem & ad operantem.*



lecto loquar: Methodum innuebat vox *remediorum*, siquidem prius debet investigare remedia, quam operari incipiat, quod sit, si diligenter indicationes perpendat, illasque nec diminute nec depravate dividat, persistendo in generalibus, vel etiam subalternis, non progrediendo ad specificas & determinatas, confundendo etiam vitales cum præservatorijs aut curatorijs & contra, ne error committatur secundum Gal. 1. ad Glauco. 1. Media, quibus debet in sua cura uti, significabantur per dictionem, materias; Non enim satis est, ut remedia, v. g. calefaciendum esse in morbo frigido, in hoc vel illo gradu, tantum, hac ratione hoc vel illo tempore, in hac vel illa parte. Item sanguinem mittendum sciat: Sed etiam oportet ipsas remediorum materias aggredi, & convenientes, quas recta ratio lege artis dicit ac præcipit, adhibere, chirurgicas inquam, medicinales, diæteticas: hac enim ratione artificiosè suam formam accidentariam, ipsam medelam gratiâ sanitatis & procul omni dubio etiam satis feliciter, in subiectum suum introducet, cum ars fortunam & fortuna diligat artem, ex sententia Agathonis & Aristotelis 6. ethic. cap. 4. Quia ergo essentia Medicinæ in effectione consistit, quoniam ars est, & eius effectionem clarissimè declarat proposita nostra definitio, sequitur, bonam, legitimam, & absolutam illam esse, omni reprehensione carentem, de qua plura addere instituti non patitur ratio. Ideoque ad alterum theoriæ membrum progredi ordo postulare videtur.



DE CONSTITVTIONE  
DIVISIO ET CONSTITVTIO  
Medicinæ Cap. 4.

*Aliorum  
divisiones.*

*Refut: 1.*

**A**Lterum theoriæ nostræ membrum, non caret quoq; aliqua propter opinionum varietatem, difficultate: De essentialibus namq; medendi artis partibus, à quibus constituitur, non eadem omnium est opinio: Quidam enim, referente ita in calce præfat. suæ citatæ Fernelio & Simphoriano Champegio lib. 1. ἰατρικῆς πράξεως cap. 6. eam in theoreticam & practicam dividunt. Nonnulli eandem in quinque partes, φυσιολογικῶν, παθολογικῶν, σημασιολογικῶν, ὑγιατικῶν, θεραπευτικῶν distribuunt (non additis divisionibus Cornelij Celli, Plinij lib. 29. nat. hist. & aliorum) Verum enim verò, si rectè, hoc est, philosophicè iudicare volumus, neutra divisio videtur & perfecta & conveniens: Nam quod ad primam attinet, eam docto homine indignam esse, quilibet, naturam contradictentium qui prælibavit, intelligit: Cùm enim essentialis eorum hæc sit conditio, ut quod sub unum eorum membrum cadit, alterius fieri particeps minimè possit, ideòq; medicinam si dicunt practicam esse, quemadmodum etiam saniores concludunt doctores, & in præcedentibus sufficienter stabilitum fuit, perperam & sine ullo rationis consensu, theoreticam eam appellant: Quod enim contradictoria sint theoreticum & practicum esse, ex eo patet, quòd affirmationes sint & negationes: omnis namq; disciplina, aut theoretica est, aut practica, aut si alicui propter homonymiam huius vocabuli magis arridet vox latina (nam apud



apud Græcos alterum membrum est ἀνόνημον) appel-  
 les posteriorem operativam: Omnis inquam disci-  
 plina aut est contemplatrix, aut non, id est, est ope-  
 trix sine ullo medio, ut si medicinam ad postremam  
 partem referas, minimè sub alterum contradictionis  
 membrum cadat, nisi velis omnibus innatum princi-  
 pium quodlibet est, aut non est, infringere & iniquè  
 negare. Nec quæquam proficis, licet dicas, in hac  
 divisione theoreticum accipi, non ut opponitur practi-  
 co, sed ut simplex est cognitio, ipsius etiam operas-  
 tionis, potentiâ nondum actu existentis: Nam hac  
 ratione tota medicina docens est θεωρητική, quia in ea  
 tantùm cognoscimus tam corpus inquam, quàm ipsum  
 finem, ac principia: Quid igitur erit in docente me-  
 dicina practicum? nihil omninò, quia præter hæc  
 nihil in ea consideratur: Quare licet vox θεωρίας ita  
 accipiatur, nihilominus tamen vitiosa manet medi-  
 cinæ præsens divisio. Ad alteram, omnibus penè *Refut. 2.*  
 hæctenus approbatam, quod attinet divisionem, eo-  
 dem etiam illa reprehensionis supplicio digna iudica-  
 tur: Ut enim divisio rejicitur, quæ non omnes divisi  
 in se partes includit, ita etiam illa, quæ plus quam  
 divisum complectitur, quemadmodum præfenti ac-  
 cidit, vitiosa putatur. In illa enim dicitur, unam  
 medicinæ partem esse physiologicam, cùm tamen  
 ea omnia, quæ in illa præcipiuntur sint non ampli-  
 us physiologica, sed medica, quia propter sanitas-  
 tem. Quod si autem essent physica, non propter  
 sanitatem considerarentur, ut ex naturali philosof-  
 phia constat, ubi elementa e. g. considerantur, &  
 ut subiectum sunt corpus scilicet naturale, & ut  
 principia sunt subiecti, seu ut sunt corporis naturalis:

In



DE NATURA

In Medicina autem nequaquam, ut aut corpus naturalis, aut ut corporis naturalis sunt, sed ut sanitatis sunt. Neque quid facit quorundam ad hanc responsionem refugium, quod eo nomine pars hæc, physiologica inscribatur, quia quæ ibi traduntur, ex physiologia deprompta sint: Nam hac ratione etiam reliqua omnia quæ in medicina reperiuntur, cum ex eodem fonte hauriantur (omnia siquidem medica, Physicus etiam contempletur) physica appellari possent: Sed modus considerandi facit, ut non amplius physica sint, sed medica: Ita simplices medicamentorum materiae considerantur in physica ut corpora naturalia, in medicina autem ut sanitatis principia. Cur autem illi parum in scribendo attenti etiam illam partem, quæ de medicina agit physiologicam non appellant? Nulla est alia ratio, quam quia hæc consideratio non amplius physica sit, sed medica, quia propter sanitatem: Eodem modo doctrina de corpore humano, de elementis &c. non amplius est physica, sed medica, quia traditur gratia sanitatis, quod non fit in physiologia, ideoque nullo iure, aliqua medicinae pars, hoc nomine insigniri potest. Ad hæc stultum est, vanum & irritum, in plures partes disciplinam aliquam partiri, quæ in pauciores optimè potest distribui. Ideoque retinenda est eius, qui septem libris colligit, felicissimè totius medicinae corpus complexus est, summi inquam illius Arabis philosophi Averrois, tripartita, ex natura, essentia & constitutione operatricium disciplinarum legitima in subiectum, finem, & media, desumpta divisio: Tot enim in omni operatrice disciplina tantum sunt essentielles partes, & nec plures nec pauciores in hac constituere est necessarium, ut non procul ab initio

*Vera Medicina divisio.*



tio p  
trib  
com  
runt  
stor. ar  
tantum hæc

cap. usq; 13. . . . . inquam  
cap. 13. de subiecto disciplinae . . . . . animo vis  
delicet humano beando vel felici . . . . . informando:  
Reliquis libris omnibus de medijs sive principijs, per  
quæ comparare felicitatem nobis possimus, ut sunt  
virtutes tam ethicae quam dianoëticae & reliqua, quæ  
in 7. 8. & 9. lib. explicantur. Idem iudicium de  
Iurisprudencia, rhetorica & similibus omnibus, ideoq;  
non plura etiam in medicina membra esse necessaria,  
non nisi rectè infero, quia hæc nihil, quàm quod artis  
natura patitur, spectat, productionem scilicet finis,  
per legitima media vel principia, in suum subiectum.  
Quodnam verò sit medicinae subiectum, quis finis,  
quæ media iam restat explicare, de iisdemq; breviter  
discurrere.

DE VERO ET ADÆQUATO MEDI-  
cinae Subiecto, Cap. 5.

CVM insanire Medicorum coriphæos, dum de  
subiecto Medicinae garrunt, videam, imprimis  
quodnam verum Medicinae subiectum sit, studiosè  
exquiram, cum summum artificii, in ignota materia  
operari, dedecus esse videatur. De hoc autem duæ  
potissimùm opiniones reperiuntur: Nam Manardus, *Opin. Ma-*  
optimè de re medica meritus, statuit, illud, hoc mo- *nardi.*  
E . . . . . tus fun,



*Refut:  
Manardi.*

fitan q  
rum dican.  
firmationis  
s, sibi persuasum habent: At cum  
tandem rationem huius prolati eorum asseclæ reddere  
urgentur, egregie ita ratiocinantur: corpus hominis  
propterea subiectum medicinæ iure vocari, quia in eo  
medicus operetur. Verum enim verò si licet, pace  
tamen incomparabilium horum, pro libertate philoso  
phica, cui omnis pro veritate solet esse cõtentio, quod  
sentio dicere, hi toto cœlo in præsentî materia aber  
rant. Nam quod ad primam opinionem attinet, illa  
quamvis iam dudum ab omnibus orthodoxis medicis  
sit explosa, tamen placet hic discursum Manardi ube  
rius, breviter autem, perpendere. Medium ipsius e  
rat, sanitatem subiectum esse, quia eam medicus in  
troducatur, ut doctissimus ille, subiectum medicinæ id  
esse, quod introducit medicus, existimare videatur:  
Hanc autem enunciationem quis quæso et philoso  
phorum (quos non vocabularios & delictos gram  
matellos, sed qui rerum naturam intelligant, ad eiusc  
indagationem ardore quodam amoris trahuntur, ap  
pello) concederet? Quod si enim quis ex Manardo  
quæreret, quidnam esset illud, in quod inseritur id,  
quod introducitur, oporteret profectò ipsum aliquid  
consti



constituere, quod recip  
ubi agens, ibi etiam necess  
fit ab agente, & à patiente &  
met fatetur, sanitas à medico intro  
quid esse, quod eam propter iam adque<sup>fundas</sup>  
mentum recipiat, atq; hoc subiectum sanitatis & Mes  
dicinæ erit. Quicquid enim recipit accidentariam  
vel artificialem formam, non autem quod recipitur,  
illud subiectum esse, in veteri & masculina philoso  
phia didicimus: Quod etiam nullo negotio, omnium  
artium inductione probari posset, si & solidioris phi  
losophiæ studiosis, rem adeò manifestam esse non scia  
rem, & instituti ratio brevitatisq; studium id pares  
retur. Deinde etiam hoc ipsum æthymologia, subs  
iecti satis superq; convincit. Accedit huc, quod es  
sentialiter inter se, quod recipit, quod recipitur, & à  
quo recipitur, h. e. subiectum finis & causa, quemad  
modum neminem ignorare puto, discriminata sint:  
Cum igitur finis recipiatur vel introducatur, atq; hæc  
sit essentialis eius conditio, quemadmodum contra  
subiecti, recipere, sequitur nequaquam artis subies  
ctum id quod recipitur esse posse, ut quod Manardo  
certum atq; indubitatum fuit, à nobis valde ambigu  
um & falsum, non admissa catachristica subiecti signi  
ficatione, ab Illustrissimo Philosopho Patavino lib. 1.  
de nat. log. cap. 15. notata, putetur. Quantum ad vul  
garem, comunem, & omnibus hæctenus approbatam  
opinionem attinet, illa, Manardi, quanq; sit, pbabilior  
& sanior, non tamen omninò pbanda venit, cum lon  
gè adhuc sit à veritate abalienata: Si enim hōinem pris  
mū & vernaculū artis medendi subiectū cum illis statu  
am, reliq; animalibus, neminē mederi posse, fatemur,

*Refut. opi  
nionis com  
munis.*



*Analytica  
ratio.*

scientificum  
s patentia ex  
rerum magistra  
epta bruta, per iusta  
e possunt sanitati restitui,  
ctione satis prolixa, si res ipsa  
non loqueretur, posset comprobari: Nam ut unicum  
saltem afferam exemplum, equos ab intestinorum ob-  
structione vexatos, adhibitis solutivis liberamus. Quid  
autem oppilatione laborare aliud est, quam morbo in  
via detineri? Quid solutiva hic adhibere aliud quæso  
est, quam medicinam in isto individuo exercere? Non  
igitur hominem aut humanum corpus, verum & pri-  
mum esse medicinæ subiectū, ex hoc colligitur. Huic  
adhuc alia, ex natura materialis subiecti desumpta,  
potest succenturiari ratio: Hoc enim sive artificiale  
fuerit, sive scientificum, latius semper formali patere  
debet: Nam hac conditione essentialiter discernuntur  
materiale & formale, quod illud pateat latius, hoc an-  
gustioribus cōtineatur limitibus, quemadmodum ele-  
ganter & ingeniosè à Patavino Philosopho lib. 1. de  
nat log. cap. 15. & alibi, atq; etiam Aristot. ipso 1.  
ethic. ult. notatum fuit: Hic enim l. c. inquit, mate-  
riam subiectam wæ aliquo modo considerandam esse,  
quibus innuit, eam utpote latiore, limitandam & re-  
stringendam esse, quemadmodum etiam in ijs libris  
huius sui præcepti non eum oblitum cognovimus. Sed  
non iniuriâ iam quæritur, utrum horum latius pateat,  
corpūsne humanum, an sanum? ( illud enim mate-  
riale, hoc formale dicunt ) Si rectè iudicare volumus,  
humanum corpus angustius sano, vel eo quod sana-  
tur, nobis dicendum est: Illud enim hanc rationalem  
spe



MEDICINAE.

speciem tantum in se comprehendit, hoc non me  
 hominem, sed & bruta & vegetantia omnia includit, ut  
 & hinc sufficienter vulgaris opinio infracta iam ac re-  
 futata, aliudque quod proprium adaequatum & verum  
 Medicinae subiectum sit, constituendum esse videatur  
 Hoc igitur quodnam est? anne mixtum? Haecenus  
 quidem Medicinae subiectum mixtum corpus appella-  
 vi, sed nescio qui diligentius & accuratius naturam  
 mixti & mixtionis perpendenti, mixtum non amplius  
 mihi probetur: πῶτον namque δεικνύει sanitatis quia  
 mixtum non est, ideoque nec medicinae: Idem enim  
 disciplinae quod finis subiectum, ut universali inductio-  
 ne patet: Mixtum autem non subiectum est sanita-  
 tis, cum sanitas sequatur, more omnium affectionum,  
 suam causam, quae est ipsa κέσσις seu temperatura, haec  
 quia non est in mixto, sed à mixto, in eo quod ex mix-  
 tis fit, ideoque neque sanitas in mixto. Pro cuius uberio-  
 ri declaratione notandum, mixta non appellari ea, quemadmodum ab omnibus fit, quae ex elementis ge-  
 nerantur, siquidem haec prorsus sit falsa opinio, for-  
 maliter non causaliter de mixtione loquendo: Nam  
 de eo praedicatur affectio omnis, quod eius subiectum  
 est, dici namque requirit inesse, quod si inest, dicitur res  
 esse: δι λόγοι ἄλλοις ἐξ ὧν ὁ τὰ πράγματα lib. πρὶ ἐσμ.  
 10. & in postpraedic. cap. de priori: Quod si dicitur  
 verè inest: Mixtionis autem subiectum, non est mix-  
 tum, quia ita idem praedicaretur de se ipso, ut quemad-  
 modum reliquae affectiones omnes, in concreto de suo  
 subiecto, mobilitas de corpore naturali, corpus natu-  
 rale est mobile, sic mixtio de mixto, utpote mixtum  
 est, mixtum. Deinde idem hoc Herculeo confirmo  
 fundamento, quia nulla affectio sit prior suo subiecto;

*Error Phi-  
 losophorū  
 in mixtis  
 & quod sit  
 mixtionis  
 subiectum.*





DE CONSTITUTIONE

Nam si prior, quomodo existit? cum omnis accidentis natura sit in subiecto esse: Aut igitur per se existit sine subiecto, & sic substantia est: Aut necessario presupponit subiectum, & ita non prior subiecto. Mixtio ergo quia prior mixto corpore vulgò ita appellato, sequitur, quod mixti affectio esse non possit, nam facta mixtione, primùm corpus ab illis mixtum appellatum producitur. Cum igitur mixtio non sit affectio corporis mixti, quia nec predicatur eo, & quia prior eo, sequitur, quod illa corpora perperam appellantur mixta, quæ ex elementis producuntur: Hinc inquit Philosophus, mixtionem esse unionem miscibilium alteratorum: Quibus verbis expressè innuit subiectum mixtionis formaliter considerata, ipsa scilicet quæ miscentur, ut sunt elementa: Quare elementa sunt subiectum mixtionis, non verò mixtum illorum: nam & de elementis dicitur mixtio, ut aër est mistus, vel aër est mixtum, aqua, terra, & ignis, si modò id patiuntur alijs, & non est prior ipsis, sed postquam sunt elementa, miscibilia sunt, aut actu miscentur. Concluditur ergo non illegitimè vulgarem de mixtis opinionem falsam esse, formaliter scilicet intellectis, non causaliter, nam hac ratione mixtio ut iam est producta ab unione elementorum alteratorum, eatenus affectio aliquo modo dici potest illorum corporum, quæ ex elementis mixtis fiunt, quia tunc inest, nam sic iam illud corpus prius est constitutum, & semper manet in eo talis mixtio, donec ipsum corpus non amplius sit incolume: Interim tamen quia formalis locutio de rebus est omnium propriissima, idcirco medicinæ diligenter, pro ingenioli modiolò, subiectum exquirens, accuratè illud & formaliter exprimendum putavi.

Hoc



Hoc igitur quia nec homo est, nec animal, nec vivens nec mixtum, quod quæso? num elementa? num corpus naturale? num verò ipse DEVS? vel angeli? vel beatæ mentes? Non enim dantur plura, in tota hac rerum universitate, substantiarum genera? Aut nullum erit subiectum medicinæ; Aut aliquod ex his: Aut nova erunt introducenda corpora, quæ nunquam sunt in natura reperta? Non certè nova corpora introduco & entia multiplico, sed saltem novam opinionem de hisce corporibus, à veritate tamen non abhorrentem, & de medicinæ subiecto, hæcenus absconditam expono, quæ neque incorporeas statuit illud esse substantias, sed corporeas, neque tamen illud esse vult corpus naturale, neque elementa, nec mixta, nec vivencia, nec animalia, nec hominem, sed corpus elementatum, quod mixtum etiam appellari potest, ut paulò antè monui, non tamen propriè, sed tantùm causaliter. Hoc inquam meo iudicio proprium est, adæquatum, & verum medicinæ subiectum, quatenus sanitatem possidere debet, sive præsens illa sit sive deperdita: Non enim solum elementatum corpus integrè medicinæ subiectum constituit, sed solummodò unam partem eius, quam materiam appellamus, vel rem consideratam: Formam dat ipse finis, quæ est sanitas seu sanitatis possessio, ut infra dicetur, & modus considerandi appellatur seu subiectum formale. Id autem hisce meis fundamentis convincere conabor: Cui enim hæc philosophorum, illud medicinæ subiectum esse, cui applicari possunt remedia, vel materia remediorum potius, non arrideret sententia?

Aut

*Vera opinio  
Autho-  
ris de me-  
dicinæ sub-  
iecto.*



## DE CONSTITUTIONE

Aut si ambigua dubiaq; forte alicui videtur, hoc sibi eam fundamento confirmet, quod principia artium non nisi in suo propter finem exerceantur subiecto, nam si in alieno illis operari instituamus, nihil omnis non proficimus, cum non nisi in suo propter finem operentur subiecto propositum: unde sutor suis instrumentis (nam hæc principia sunt operandi, non cognoscendi, de his enim in præsentia nihil) non in lapidibus, neq; sartor in lignis, neq; ethicus in viventibus, sed in corio, pannis, holoserico, animo humano operantur, propterea quod si circa aliud quam debitum subiectum occupati essent, omnis illorum labor vanus atq; irritus fieret; ut ex his notissimis, quod videbatur dubium, facile certum & immotæ veritatis esse, colligere, necessariâq; consequentiâ, corpus elementatum medicinæ subiectum esse, inferre possimus, cum ei medica non sine fructu aliquo applicari principia, quotidiana nos doceat experientia: Carnes enim animalium ad vitæ sustentationem necessariæ interfectorum, (ita enim non amplius viventium formam retinent, sed statim, ut eruditè philosophantibus notum, elementorum acquirunt) putredine, propter aptitudinem subiecti, facile possunt corripi, quam ex numero rerum præter naturam, non nisi mentis impositus medicus excluderet, cum non modo à sanioribus inter res p. n. sed etiam toto genere p. n. collocetur: ut autem prædicta elementata ab hoc p. n. affectu serventur immunita, nonne habes remedia? Ridicule & insulse, si ignoras, à mulierculis & rusticis salientibus remedium discere: hi enim ut illa sana serventur, sale condite consueverunt, is siquidem optimum putredinis prohibens perhibetur. Eodem modo Heroum cadavera (vides elemen-



elementata corpora ) à putredine, aromatibus, perfectè præservari, ( en medicinam ) compertum habemus. Quo igitur iure, elementata à medicina exulare debeant, non mihi satis reperio: causam autem harum rerum si scire desideras, Albertum in 4. meteor. 10. consule: Ille enim duplex in elementatis ( inquit ille mixtis ) dari ait humidum, unum quod elementati partes coniungat & continuet: hoc enim in omnibus elementatis cuiuscunq; etiam sint generis reperiri, oleorum extractiones ex quolibet etiam aridissimo corpore, manifestare possunt, illudq; humidum olei crassitiem nobis representare solet, ut non iniquè à quibusdam humidum oleaginosum, quod ex aëreo & aqueo constet, nominetur: Alterum vocabat Albertus humidū quasi nutriens, qd est aquosum, existens in elementato præter continuationem partium, quod facile, cū sit aqueum, resolvit, quemadmodum contra oleaginosum, difficile, quia propter crassitiem vehementius resistit: Quando igitur elementata prædicta, ut redeamus ad propositum, sale condiuntur, id non sine ratione ( alioqui non esset artis ) fieri, existimari velimus: Sale enim cum elementata condiuntur, exiccantur, ( ut & igni & Sole ) atq; ita aqueum humidum, utpote facilioris putredinis causa, evaporat, & ita elementata diutius à putredine præservantur. Eodem modo de aromatibus dicendum puto: hæc enim propter benè unitum & valde resistantem calorem ( ob quem difficilimè etiam putrescunt ) exiccant, & absumunt aqueum humidum, ac oleaginosum, quod est continuans, propter similem temperaturam conservant: Sed de his nihil prætereà, sufficit in præsentia ostendisse, elementatis non frustra applicari me-

F

dicami



DE CONSTITUTIONE

dicamina. Idem quæ ex foro practico manifestari potest, siquidem quæcunq; à simplici immateriali intemperie v. g. frigida, indicationes sumuntur, indicatorumq; horum curatoriorum exhibentur materiæ, non vitali sed elementari caliditate operantur: quas enim in usum reservant materias in officinis, ut betonicam, maioranam, &c. non amplius vitæ esse participes, & propterea nihil in ijs caliditatis vitalis reliquum, demonstratio ocularis declarat: cum autem indicatorum hæc sit natura & essentialis conditio, ut non nisi à contrario iudicentur, (loquor enim de præservativis & curatorijs) sequitur, ut indicans, id est frigiditas illa, quæ calida postulat, sit non vitalis, sed elementaris, cum elementare frigus contrariè caliditati elementari opponatur, non autem vitali, quicquid etiam aliq; contradicant: nam quando dicunt frigus elementare posse viventia interimere, nihil opponunt, illud enim frigus non agit in calidum vitale, sed elementare, quia actio non fit, nisi in contrarium, cum autem unum uni sit tantum contrarium, ut inquit philosophus lib. 1. de cælo cap. 2. top. 10. lib. 10. primæ philosoph. top. 9. sequitur, si calidum elementare opponatur frigiditati elementari, non locum hic vitale habere, cum specie differant, quemadmodum ex diversis specie operationibus à diversis formis promanantibus, vivificare scilicet & non vivificare, colligitur: Quod autem intereant viventia, causa frigiditatis elementaris, non fit per se, sed ex accidente: quemadmodum enim anima rationalis in corpore humano non esse potest sine sensitiva & vegetali, ita etiam vegetalis anima & proinde vitalis calor, non sine elementari potest subsistere, unum enim horum semper præsupponit alterum,



rum, ut uno sublato, intereat alterum: atq; ita quando elementare frigus agit in elementare calidum viventis, ut non eo modo, quem vivens requirit uniatur humido, statim moritur, posteaq; relicta adhuc multa caliditatis portiōe putrescit. Sed cūm hæc de utroq; in vivente calore sit & p̄lixā & satis intricata, atq; etiam a p̄posito nostro aliena disputatio, non licet eam hīc dilucidare, ideoq; ad alterum, quo fulcitur hæc de vero medicinæ subiecto sentētia, fundamentū accedo, qđ est, illud medicinæ subiectum esse, qđ morbi materiā asseveramus: Medicinam enim scimus velle morbum expellere, quod cūm nō possit fieri, nisi in eo subiecto in quo hæret morbus operetur, quia omnis actio per contactum, idem medicinæ qđ morbi subiectum esse relinquitur: corpus verò elementatū primò per se & universaliter morbi subiectum esse, considerantes putredinis naturam, vix ac ne vix qđem dubitabunt: anteq; enim illa fiat, semper intemperiem aliquam præcelsisse, neminem ignorare arbitror: propter calorem namq; ambientis, evocatur innatus, qui diminutus, a naturali statu elementatum declinare didicimus; fit enim primò calidius, dein frigidius: nam quando calor externus in internum agit, resistit insitus, & attrahit externum, atq; ita augetur vel potiùs intenditur, sed postea succumbens in pugna, imminuitur, & tandem omninò destruitur: Idem de elementati humiditate dicendum, Patet igitur elementatum primum morbi, & consequenter medicinæ subiectū esse. Quod etiam hac ratiōe comprobari potest: In qđcunq; enim finis medicinæ introducit, illud eius subiectū esse necesse est, nulla namq; ars finem suum, nisi in p̄prium subiectū, ut inductiōe omniū artū patet, introducit, logicò

Ratio 2.

Ratio 3.



DE CONSTITUTIONE

nō in secundis notiōib⁹, sed in reb⁹ vocibus per mediū  
 animi conceptū significatis, ethicus (nam de activis i-  
 dem dici volo) non in bruto, equo, asino, sed animo  
 humano, medicus non in Sole, luna, stellis, sed in ele-  
 mentatis operatur: (primò puta) & si artifex in pere-  
 grinum vellet suum artificium inserere subiectum, o-  
 leum ut dicitur, & operam perderet, ut omnes id te-  
 stantur mechanici: relinquitur ergò illud medicinæ  
 subiectum esse, in quod finis eius introducitur, qui sa-  
 nitas à sanioribus imò omnibus vel sanitatis possessio  
 statuitur: Atqui hæc non in corpus humanum, non  
 animal, non vivens, sed elementatum inseritur: Stul-  
 tus enim ille esset medicus, qui sanitatē in aliud quàm  
 quod subiectum est sanitatis vellet imprimere, cum  
 nullum accidens nisi proprium subiectum recipiat, ri-  
 sibile enim, ut omnibus notissimo exemplo (quia  
 παραδείγματα secundum divinum Platonem τῶν λόγων  
 sunt ὄμνηροι) res declaretur, non nisi à proprio suo sub-  
 iecto recipitur; ita nihil nisi naturale corpus fuerit, mo-  
 vetur: sic hominem non videre, audire, gustare, dor-  
 mire, mori, quatenus homo est, sed illa quædem ei, quæ-  
 tenus animal, hoc verò quatenus vivens attribui, in  
 veteri masculina & omnibus numeris absoluta philo-  
 sophia didicimus: Eodem modo nihil nisi elementa-  
 tum, sanitatis capax esse, immobile ex sanitatis essen-  
 tia petitum fundamentum confirmat. Hæc in quo  
 quæso consistit? Docet hoc Gal. sanitatem causaliter  
 (ut constat ex Mich. Gavals. de rebus p. n. cap. 5.)  
 definiens, per constitutionem secundum naturam, à  
 qua immediatè operationes prodeunt, per quam nihil  
 aliud quàm iustam quatuor qualitatum elementarium  
 symmetriam, quam consequuntur compositio & unis-  
 tas,

Quod sit  
 sanitatis  
 πῶτον  
 δὲ κόν.



tas, intelligit, ut rectè eum interpretatus est Hieron. Montal. lib. 1. de homine sano cap. 16. & alius quidam divinus in Patavino olim gymnasio Medicus in peculiari de rebus p. n. tractatu: A quibus non discrepat admirandus Averr. lib. 2. collig. cap. 1. & ingeniosissimus Iacob, Zabbar. lib. de natur. scient. constit. cap. 33. & lib. 2. de method. cap. 14. qui aiunt proximam sanitatis causam, nihil nisi temperaturam esse, ex elementorum proveniente commistione, quæ cum in elementatis primò per se & universaliter reperitur ( non enim in vivente, non in animali, non in homine, eo quo dictum est modo, sed in elementato tantum locum habet ) & immotæ veritatis illud sit logicorum axioma, ut positâ proxima vel contentiva causa, statim effectus ponatur, & contrà, sequitur nihil aliud, quàm elementatum sanitatis subiectum esse: Quod etiam contrariorum natura demonstrat: horum enim immediatorum, ut est morbus & sanitas, ( teste philosopho 1. top. & alibi, nulla enim est inter Gal. & Arist. rectè intellectos contradictio, siquidem hic formaliter, ille materialiter accipiendus sit ) idem solet esse subiectum, ut uni expulso, succedat alterum: morbi autem elementatum susceptibile esse, supra ostensum fuit, ut sanitatis idem & consequenter medicinæ subiectum esse hæcenus firmissimis propugnaculis munitum fuerit. Hæc cum ita in animo mecum versarem, & satis veritatem superioribus fulcris stabilitam viderem, optabam mihi, eadem, de subiecto, definitioneque medicinæ, nec non de mixtis & mistionis subiecto, in alio præclaro autore legere, ut eò magis doctioribus mea probaretur de enumeratis titulis sententia: Non multò autem post, desiderans opinionem Iacobi Schegkij





DE CONSTITUTIONE

de discrimine Aristot. inter quæstionem generis & generalem, cum aliorum opiniones recognoscere, magni momenti res sit, teste Philosopho lib. 1. topic. cap. 12. lib. 1. de cœlo top. 101 lib. 3. metaphys. ab initio, fortè fortunâ invenio notulam quandam marginalem, longè mihi optatissimam & charissimam in ipsius comment. in topica Aristotelis, & quidem in 1. lib. cap. 4. tex. 3. quia licet non integrè & clarè hanc meam sententiam exprimeret, tamen quàm proximè ad illam accedere inde colligebatur, quod crases naturis differre asseveraret, propterea quod corpus animatum non sit primum sanitatis subiectum. Vah quàm vehementer hoc viso mihi gratulabar: At cum textum perlegerem & errorem de primo subiecto cognoscerem (quia dicit equi & hominis sanitatis generis, non esse unum primum subiectum: nam quia sanitas ut sanitas, non ut hominis vel equi est sanitas, accidens est, necessariò requirit suum subiectum, cui insit, de quo demonstratur, de quo prædicetur) vehementer conturbabar, brevi me consolatus, satis esse, invenisse me in præstanti & authentico quodam philosopho saltem illa, quæ autoritatem meis verbis conciliare possent, parvi faciendo, si nonnulli alij reperirentur simul errores: erravit sanè in hoc, quod non detur πῶτον sanitatis δεχτικόν: Vera dixerit contrâ quod animatum corpus non illud sit dicendum, multò minùs animal, multò minùs hominem, ut huius quoq; Philosophi autoritate, non erubuerim veram de subiecto artis medicæ sententiam confirmare, quia idem artis quod finis subiectum, ab omnibus solidioribus constituitur philosophis: Quod si ergò sanitatis subiectum, nec homo est, nec animal, nec animatum corpus, sequitur





quitur nullum horum medicinae subiectum esse, & consequenter ipsum elementatum, cum nullum aliud reperiri idoneum in tota rerum universitate possit. Atque tantum dixisse in generali hac theoria de Medicinae subiecto, prima eius parte sufficiat.

## D E V E R N A C U L O E T V L T I M O

*Medicinae sine Cap. 6.*

**A**D alterum iam propositae Medicinae divisionis membrum accedens, finem videlicet, partim a communi, honeste, vera, & veteri non possum discedere, sanitatem seu sanitatis possessionem eum esse, praecipiente, sententiam, primum vero bono iure illam relinquere, & saniolem doctrinam sectari: falsa namque est si subiectum medicinae, vel homo, vel animal, vel vivens, statuatur: nam ut de homine potissimum loquar, ille e. g. aegrotans, sanitatem non solum expetit, sed etiam vitam, nec medicus in hoc laborat propter sanitatem tantum, sed etiam propter vitam, nam nihil curatur sanitas in homine, si non adsit vita, ideoque homo sanatur ut vivat, neque tamen sola vita expetitur, vel ab aegroto, vel a medico, sed etiam sanitas ipsa: quae enim vita, quae perpetuo morbosa? Quare si aliquod praedictorum volunt subiectum medicinae esse, dicant, finem, non sanitatem, non vitam, sed sanam vitam, aut sanitatem vitalem esse, propter hanc enim Medicus curat, Medicus oportuna facit, ut loquitur ex mente Hipp. 1. aphor. 1. Ioh. Marind. & haec acquisita, ab omni operatione desistit. Quatenus autem corpus elementatum Medicinae constituit subiectum, eatenus omnibus modis communis haec & veteri probanda est de fine, & retinenda opinio,  
cum



DE CONSTITVTIONE

cùm, quæ vera est finis delineatio, à Philosopho in moralibus tradita, ei iure attribuatur: acquiescit enim Medicus hac acquisita, nec ampliùs laborare desiderat, & propter hanc omnis operatio à Medico suscipitur. Quod cognoscens princeps Avic. in Canticis ita describit (pro definitione enim agnosci non potest) medicinam, quod sit conservatio sanitatis & curatio ægritudinis &c. Quem finem etiam ei attribuit Ioh. Fernel, in præfat. sua iam sæpiùs citata, & tota Medicorum, tam veterum quàm recentiorum curia, imò Aristoteles ipse sect. 30. probl. 7. De iuvent. & senect. cap. 2. lib. 1. top. 2. lib. 1. rhet. cap. 1. Iacob. Zabara. lib. de natur. scient. constit cap. 33. lib. 2. de meth. c. 11. & alibi. Gal. in lib. de artis medicæ constit. cap. 11. nisi quod alij inter sanitatem, & eius possessionem, iam velint distinguere, illam Medici scopum, hanc eius finem appellitando, quod certè nodum est in scirpo quarere: Imò sanitatem non scopum, sed finem esse, indicationum natura demonstrat: has enim explere, scopus Medici dicitur, attenuare videlicet, incidere, detergere, & reliqua indicata cuiuscunq; generis: at illa sanitatem appellare, non nisi indocti affirmant medici, cùm hæc, causæ sint sanitatis, quia horum beneficio, qui ægrotat, ad naturalem statum reducitur: Illa igitur, Medici, ut Augerius Ferrerius & reliqui, ex sententia Gal. & aliorum, rectè scopos & intentiones medicas appellant, sanitatem verò vel eius possessionem, nam idem omninò denotare videntur, finem. Ab hoc fine, ut usu in omnibus artibus receptum est, formale subiectũ vel considerandi modus, ut ab Averr. lib. 1. poster. com. 79. nominatur, desumitur: nam finis operatricium disciplinarum, eandem omninò rationem



tionem habet in operatrice philosophia, quam habet subiectum in scientijs, vel philosophia speculativa: ut enim à subiecto principaliter scientia constituitur ( siquidem hoc sublato, non amplius effectiones, horum enim esse in subiecto consistit, neq; principia, quia frustra sine affectionibus esset, existunt ) & ab alijs essentialiter discernitur: ita finis philosophiam operatricem principaliter constituit, & eius species essentialiter discriminat: quemadmodum etiam præcepta scientiarum redduntur propria à subiecto & quidem formali, sic in operatrice philosophia sunt propria à fine & quidem externo, quærenti enim, cur elementa in Medicina considerentur, item medicamenta, cum tamen illa omnia pertineant ad physicam, per ultimum rō sicut analyticè respondeo, quia ad sanitatem conducunt, vel quia hinc gratiā sanitatis non ut naturalia corpora considerantur, ut non iniuriā ab orthodoxis philosophis formale in artibus à fine sumendū esse, rectèq; à nobis supra corpus elementatum materiale medicinæ subiectum, quatenus sanitatem possidere debet, formale, defensum sit: Quod tamen in omnibus eodem modo fieri affirmare non audeo: nam in Inanimatis elementatis amissa sanitatis possessio non tam recuperatur quàm præsens conservatur, in animatis vero & præsens conservatur & deperdita restituitur. Sed antequam ad tertium & ultimum Medicinæ membrum accedam, non puto fas esse, nobilem hinc & iucundam quæstionem, sicco ut dicitur in comuni proverbio præterire pede, an videlicet medica sanitas, quæ Medicinæ finis à nobis iam constituta est, essentialiter à Physica sanitate differat: Talis enim quæstio, digna nobilis nobili videtur disciplina, neq; sua

G

pecus

*Nobilis quæstio de sanitate medica & physica dilucidatur.*



DE CONSTITUTIONE

Argumenta pro parte affirm.

1.

peculiari utilitate carere, siquidem τὸ γνωσικὸν animæ nostræ exornet atq; expoliat, ut huius quoq; rei scientiâ imbuatur. Atq; essentialiter non differre, non patitur & affectionum in scientiis de adæquato subiecto demonstrandarum, & finis artium natura; nulla siquidem affectio ab artifice in subiectum introduci possit, sed primò per se & universaliter in eo insit, sine nostra operatione; contraria verò sit in artibus ratio, nam finis alicuius artis non est in subiecto artis, nisi ab artifice introducatur, nunquam enim, ut omnibus hoc noto exemplo declaretur, fit calceus nisi sutor efficiat eum, nisi hanc formam, hunc finem introducat, sed cœlum e. g. movetur sine nostra operatione, mixtum putrescit potentiâ sine nostra operatione, quia omnis affectio ut dictum est, per se inest, & ut insit, nostra ope non indiget, sed finis artium sine artifice non potest in subiecto esse: eodem modo, sanitas, quæ consideratur à physico, non fit à Medico, quia per se inest suo subiecto, nam etiam affectio quædam est, dependens à iusta symmetria quatuor qualitatum, quæ verò efficitur à Medico, non per se inest, sed accidentaliter, quæmadmodum omnis forma artificialis: Quare medicam sanitatem à physica differre, relinquatur. Idem probari potest ex philosopho, qui, libro 10, ethic. cap. 5. probaturus voluptates inter se differre specie, inquit, ea quæ à differentibus specie proficiscuntur, specie quoq; differre, idq; declarat exemplo effectuum naturalium & artificialium, nam quemadmodum inquit naturalia opera differunt ab artificialibus specie, ut animalia, arbores, pictura, statua, domus, vas, & similia, sic quoq; operationes, quæ

2.



quæ à differentibus specie proficiscuntur, specie differunt. Ex quibus ita licet inferre: Ea, quæ ab arte fiunt, differunt essentiâ, vel specie, vel forma, vel definitione, ab ijs, quæ à natura fiunt (idem namq; hoc est differre) Sanitas medica fit ab arte, Physica à natura, Ergò sanitas medica, essentiâ q; differre à sanitate physica, rectè perhibetur. Tandem affirmativam quæstionis hoc quoq; fundamentum tutatur, quod res omnes, quæcunq; in tota hac rerum universitate sunt positæ, essentialiter dividuntur, ut patet ex 6. ethic. 1. & 3. & ex Plutarcho non ignobili authore lib. *πρὸς ἡδονικὴν ἀρετὴν*, in necessarias & contingentes, quarum illæ sunt, quæ aut ipsæ per se semper sunt, neq; unquam oriuntur aut occidunt, cum sint extra omnem mutationis aleam constitutæ, cuiusmodi sunt secundum philosophos, res divinæ ut *DEVS*, angeli, beatæ mentes: vel quæ fiunt quidem, sed non à voluntate nostra, verum à natura per certas causas operante: Hæ verò sunt, quæ ab hominis voluntate pendent, quasq; facere vel non facere in arbitrio nostro libero est positum: Sanitas igitur medica, quia res contingens est, producitur namq; à medico, ab artifice, qui semper versatur circa res contingentes, cum prudente, quemadmodum sciens circa necessarias, essentialiter differt à sanitate naturali vel physica, quæ non fit à Medico sed ab ipsa natura, temperatura videlicet & crasi qualitatum elementarium in elementato. Non certè invitus fateor, semper me affirmativam positæ quæstionis partem antea amplexum esse, sed nescio, qui non amplius illa mihi arrideat diligentius

3.

Opinio aut  
thoris.

G 2

&amp; ac.



DE CONSTITUTIONE

Ratio.

1.

& accuratius essentielle rerum discrimen, & naturam utriusque sanitatis perpendenti: Quæcunque etenim specie vel essentiâ differunt, illis eadem non potest attribui definitio, quia hæc ipsam rei essentiam declarat: verum ea convenit medica ac physica sanitas: hæc n. quocunque etiam modo definiatur, sive à Galeno sive ab alijs, modò crimen falsi non committatur, eo quoque illa definiri potest, utpote quod utraq; sit *διὰ δέσσης* sive *κατὰ φύσιν* naturalis ad edendam functionem idoneam: nam qui curatus est à Medico & sanitatē recuperavit, is postea bonam corporis dicitur habere constitutionem sive dispositionem, non secus ac ille qui nunquam morbo laboravit, distinctis tamen gradibus, & potest edere omnes suas actiones; Naturalis quoque illa potest dici constitutio, siquidem vox naturalis non accipiatur ut artificiali opponitur, sed ut cum eo quod præter naturam est, ex diametro pugnat: & hoc omnino videtur esse necessarium: nam in prophylactica operatione medica, conservatur sanitas, en operatur medicus non certè frustra, cum nihil in tota natura frustra fiat, ut millies inculcat in sua philosophia Aristot. sed propter suum finem, qui est sanitas: In præservatione autem non aliam quam quæ est in corpore producit sanitatem, quia præsentem conservat, illa ergò quia naturalis est, & eandem Medicus pro suo fine habet, quia eam finaliter conservat, sequitur eandem specie medicam sanitatem esse, quæ est physica. Demum, cur Medicus eadem sanitatis principia in sua cognosceret arte, quæ naturalis philosophus, si non eandem quoque consideraret sanitatem: Quod si autem eandem considerat, quam physicus, eandem quoque introducit vel eandem pro suo fine habet: non enim alium introducit finem.

2.

3.

nem



nem artifex, quàm quem antea in animo diligenter volutavit. Idcirco essentiã sanitatem medicam non differre à physica, veriùs concludi videtur. At dices Medicum eadem principia sanitatis, quæ physicus, utpote iustam *μεσότην* & temperaturam, considerare, non propterea, quod, eandem specie sanitatem velit introducere, hoc est, vel conservare vel restituere, sed propter artificialem contemplari ibi naturalem, propterea quòd necessarium sit, naturalem sanitatem priùs cognoscere quàm artificialis restituatur, siquidem ea ignoratã, fieri non possit, ut iusta media adhibeantur, per quæ Medicus suum finem assequatur: Quare requiri videtur, ut indaget studiosè naturam sanitatis & causas, ut, quia ars semper imitatur, in quibus potest, naturam, secundum analogiam inveniat principia, per quæ artificialem sanitatem efficiat. Verùm hoc quàm facilè dicitur, tam facilè quoq; negatur, & rectiùs ex foro practico rejicitur, quàm ab ipsis asseveratur: nam eadem principia, non analogica, sed specie eadem inquit ab artifice Medico adhibentur, quæ ipsa natura in sanitate producenda: non enim in intemperie calida febrili, medicus eligit lactucam, quatenus lactuca est, sed quatenus humida & frigida est, ut per has qualitates temperet (en temperaturam) & tandem sanitatem restituat (en finem, sanitatem scilicet quæ fit à medico non per analogica principia, sed per naturalia, ipsas scilicet reales qualitates) nec alia est ratio in producenda artificiali sanitate, quàm quæ in producendo auro artificiali: ut enim aurum artificiale non specie differt à naturali, sic nec sanitas medica à physica; nam & in auro & in sanitate artificiali, natura operatur, & immediate effectum producit, alioqui si ab artifice ille effectus

Quomodo  
aurum arti-  
ficiale &  
sanitas me-  
dicus dicitur.



DE CONSTITUTIONE

Suis penderet, semper sanitatem quando vellet, pro-  
 duceret, semper amicis opitularetur, nunquam bo-  
 nos suos amicos, parentes, sorores, coniuges, & re-  
 liquos charos ac dilectos, mori pateretur, sed in sem-  
 piternum illos incolumes & integros conservaret: Sic  
 aurificus si immediatè aurum efficeret, nunquam ab-  
 erraret, sed quando vellet, aurum produceret: at  
 quia ea ratione tantùm ab eo aurum proficisci dicitur,  
 quâ naturam dirigit h. e. illa naturalia eligit, in  
 quibus simul mixtis, talis est natura, quæ certam  
 speciem elementati constituit, aurum videlicet, vel  
 quâ ita miscet elementata, ut tantum aëris, aquæ, ter-  
 ræ, ignis, complicitur, quantum ad naturalem auri  
 productionem requiritur: (qualem materiam, lap-  
 pidem philosophorum esse dicunt) At hoc certè ar-  
 tis maximæ est, difficilimæq; unde rarò aurifici in-  
 veniuntur, alchimistæ verò frequenter: propterea  
 etiam non dicitur in voluntate eius, effectio auri po-  
 sita immediatè, sed mediante natura, quando scilicet  
 illa post debitam mixtionem legitimè operatur. Atq;  
 hîc iterum mihi pateret latissimus disputandi campus  
 de Alchimistis, an aurum possint efficere nec ne, vel  
 etiam unum metallum in aliud convertere, propterea  
 quod species una in alteram mutari non possit, quia  
 hoc solius DEI & naturæ esse dicant præstantissimi q; Viri,  
 miraculumq; hoc ipsum asseverent, non secus ac  
 cùm Salvator aquam in vinum converterit. Verum  
 enimverò posse id nonnullos, (quos rectè aurificos  
 nomino, cùm plurimi reperiantur Alchimistæ, qui sine  
 effectu de se saltem gloriantur) & potentialiter  
 & actualiter, rerum magistra, ut fateamur, nos con-  
 vincit, experientia, ea scilicet ratione, quâ iam est ex-  
 plica-

An aurum  
 ab Alchi-  
 mistis possit  
 effici.



placatum, & ut alia species mutantur: Interim tamen non sequitur, similes eos Salvatori esse, & miraculum edere; siquidem longè alia sit utrobique ratio: hic enim immediatè solo verbo species mutavit: Alchimistæ verò mediatè interveniente scilicet ipsa natura & operante, mutant, ita directà ab Alchimista vel aurifico, hoc inquam artifice, ut talem effectum gignat: Ac ita magis dicitur natura, quàm artifex species mutare, aurumque producere. Cùm ergò aurum artificiale tam à natura quàm naturale proficiscatur, sequitur essentia vel forma substantiali illud non differre à naturali: Eodem quoque modo de sanitate dicendum, quia utrobique operatur natura, atque effectum producit, in medica & naturali sanitate, speciale seu essentialè discrimen nullum sibi locum reperire: Hinc etiam fit, ut sanitas medica non collocetur in quarta specie qualitatis, quemadmodum alias omnes formæ artificiales, sed maneat in prima, propterea quod naturalis quoque sit, vel nihil à naturali differat quam in illam classem clarissimi resposuerunt: ut patet ex Aristot. lib. categor. cap. de qual. & alijs Philos. & Medic. Ad argumenta autem prioris opinionis quod attinet, breviter respondere possumus, & quidem ad primum, quod specificè non numericè considerata sanitas medica (nam singularis um nulla est demonstratio, nulla scientia i. poster. analyt. 7.) æquè sit affectio corporis elementati, quàm naturalis, quia eandem habet subsistentiæ & inherentiæ in subiecto, causam, propter quam de dicto subiecto demonstrari potest, unde quicquid de eadem definitiōe participat, quod non fieret, si non eadem utriusque esset demonstratio: nam demonstratio affectiōum, non nisi positiōe terminorum à definitiōe differt i. poster. 7. & alibi.

Quod

4.

*Solutio  
contrario-  
rum argu-  
mentorū.*

I.



DE CONSTITUTIONE

Quod si autem non esset affectio, quomodo quæso demonstrari & quidem *in sua* demonstratione posset? cum omne quod hac demonstratione probatur, sui adæquati & primi subiecti sit affectio, ut palam est ijs, qui nobilissimam de demonstratione in logicis doctrinam degustarunt: Sed ut non dicamus solum, posse demonstrari, verum quod revera etiam demonstretur, ut probemus, placet hic apodicticum syllogismum subijcere, quo ita sanitas medica de suo subiecto demonstratur: Quicquid bene temperatum est, illud sanum est: corpus elementatum bene temperatum est: Ergo corpus elementatum sanum est. En affectionem, sanitatem, quæ de corpore elementato demonstratur etiam, ut est à Medico producta: nam Medicus quodcumque dirigit naturam, ut temperies fiat in corpore elementato, efficitur sanitas; non autem efficit sanitatem, quatenus operatur & adhibet sua media, sed ut temperaturam efficit. Quare temperatura est vera causa medicæ quoque sanitatis, à qua potissimum illa dependet: Ideoque cum eadem sit causa proxima naturalis sanitatis, quæ artificialis, & contra, sequitur, si vera est demonstratio per illam causam sanitatis naturalis, quod per eandem quoque non sit illegitima, artificialis. Nec est quod nobis perpetuitatem temporis contra hanc demonstrationem quis opponat, siquidem illa non spectari soleat in affectionibus actum denotantibus, ex parte subiecti, sed ex parte causæ, ad cuius positionem semper ponitur affectio & ablationem tollitur, cuius ratione dicitur quoque perpetua. Patet ergo affectionem æquè esse sanitatem medicam quam naturalem, ideoque quod per se quoque insit iam introducta à natura proximè, remotè ab artifice non secus ac naturalis



ralis quoque à sua causa pendeat, quæ per se nihilominus inesse dicebatur propter causam non per accidens sed per se. Interim tamen affirmare non velim, Medicum ita demonstrare: nam si hoc verum, Medicus scientificus esset, & sic in nuda contemplatione acquiesceret, nec unquam ad operationem perveniret, quem tamen artificem esse, & per consequens operativum philosophum, supra ex definitione medicinæ licet colligere, cum conjugatorum eadem sit definitio, abstractis in concreta mutatis. Ad alterum argumentum ab

2.

auctoritate philosophi, ex 10. ethic. ductum quod attinet, responderi commodissime puto, ea artificialia differre à naturalibus specie, quæ scilicet vel tantum, vel principaliter ab arte proficiuntur: Unde etiam Philosophus in eodem loco dicebat, quæ à diversis causis specie proficiuntur, ut sunt ars & natura, illa differre specie: iam verò sanitas medica & physica non à diversis specie causis, quia utraque à natura proximè potissimum, imò tantum à natura: Ergo contra eos, ex eodem loco concludo, medicam sanitatem non differre specie à physica: Propterea quoque adducit Philosophus illorum artificialium exempla, quæ tantum ab arte proficiuntur, ut sunt pictura, statua, &c. quia hæc efficere, est in solius artificis libero voluntatis arbitrio positum: At hoc non licet nobis de sanitate affirmare, quemadmodum luce est meridiana clarius: unde etiam σοφαστικὴ ars appellatur, non tam propter subiectum quod contumax est, ideoque suum officium facere in cura, ei præcipit venerandus senex Hipp. lib. 1. aphor. 1. quam propter finem, qui non tam ab artifice, quam ab ipsa natura dependet. Tertium fundamentum illorum ipsimet

3.

videntur statim soluisse, quando definierunt res necessa

H

rias



DE CONSTITUTIONE

rias, quod sint illæ, quæ aut non fiunt omninò à nobis, aut fiunt quidem non tamen à nobis liberè operantibus, sed à naturà per certas causas, quemadmodum iam hoc videtur satis pro instituti ratione declaratum; Neq; tamen inferas statim quæso medicinam scientiam esse, quòd circa rem necessariam versetur, quando enim considerationi medicæ finaliter subijcitur, non amplius necessaria est, sed contingens, quia à medico mediante natura debet produci, & hac ratione res sit contingens: Illa enim rerum divisio in necessarias & contingentes, non putandum esse, quod essentialis sit, omninò mihi persuasum habeo, sed saltem accidentaria à nostra cognitione desumpta, quæ duplex est, aut nuda, aut cum operatione intensivè coniuncta: Si nuda est, tunc dicuntur res, necessariae, quia saltem cognoscuntur, non simul producuntur, quamvis produci possint, utpote in physica e. g. Sal naturale, est res necessaria, non quia non possit produci, sed quia tantum in illa disciplina cognoscatur, nam non simul operatio sive productio spectatur: At si unà cum cognitione operatio respicitur, tunc non amplius res considerata manet necessaria, sed fit contingens, quia à nobis debet produci: Sic sal artificiale in coctoria hac arte, non amplius est res necessaria sed contingens, quia à nobis per naturales causas producitur. Quod autè hoc sit verum, non esse scilicet essentialem hanc rerum divisionem sed accidentariam, hinc probari sufficienter, autumo, quod ut unius rei unica est tantum essentia, ita unica quoq; divisio essentialis, vel ab essentia desumpta, vna quoq; definitio: Si igitur rerum divisio essentialis hæc est, qua dividuntur in substantias & accidentia, sequitur divisionem in necessarias & contingentes non esse essentialem.

*Quomodo  
res necessa-  
ria fiat con-  
tingens.*

*Qualis di-  
visio rerum  
6. ethic.*



lem sed accidentariam, eamque sumi à nostra cognitione, colligitur ex utriusque membri divisionis definitione, in qua nostrae cognitionis & operationis fit mentio, utpote in necessariarum definitione, quod non producantur à nobis liberè operantibus, sed tantum cognoscantur; in contingētium verò, quod sint ἐφ' ἡμῶν quod à nobis liberè operantibus producantur, non solum cognoscantur. Sic multa corpora naturalia ab arte possunt produci, ut aurum, cinnabaris, ærugo siue scolecia, sal, nitrum, sulphur, vitriolū, chrysolocolla siue borax & alia permulta quæ artificialia postea vel ficticia appellata sunt, & ab arte producta, ut hominum fide dignissimorum testimonia satis clarè & perspicuè testantur: Hoc autem quomodo fiat, nostrae theoriæ non est conveniens explicare, sed id ab ijs artificibus, ad quos pertinet, est petendum: Sufficit hic ostendisse, res necessarias posse fieri contingentes, quia scilicet à nobis producantur: & res contingentes non esse essentialiter distinctas à necessarijs, sed accidentaliter, nostrâ scilicet operatione vel cognitione, prout illa vel nuda est vel ad operationem directâ. Licet igitur sanitas medica sit res contingens, quatenus accidentaliter consideratur, per se verò necessaria, tamen non inferitur, quod specie siue essentia differat à physica, propterea quod illa differentia non faciat res essentiâ sed saltem accidente differre, quod est ipsa medici accessio & operatio, quam sequitur naturæ operatio, & eundem tam in naturali quam artificiali operatione effectum producit. Quare sic constitutum sit, medicam à physica sanitate essentiâ non differre. Sed si, instabit quis fortè, nec generare ut falsus es, nec specie differunt hæ sanitates, quæso igitur ratione? nam numerica etiam non videntur

*Obiectio.*





DE CONSTITUTIONE

tur hic locum habere differentia, quia utraq; singulari subiecto convenit: Medicus enim in operatione circa singularia solummodo non item circa universalia versatur, ut recte precipere videantur, qui monent, Medicum non hominem, sed Calliam, Socratem, Sophroniscum & Titium curare, quemadmodum Benedictus Faventinus, curans, in hypochondriaca melancholia, Bernhardum Clesium Cardinalem Tridentinum, a quo centum & quinquaginta aureos accepit, non hominem, sed hunc hominem curavit, subiectum singulare tractavit, in quo antea sanitas naturalis erat. Quia autem numero illa differre dicuntur, quae subiecto singulari differunt, & sanitas medica ac physica eo convenient, numero differre non possunt? Ad quod facilis est responsio, sanitatem medicam esse duplicem, praesentem, quae est conservanda, & deperditam quae est reparanda: Illa omnino non differt a naturali, quia adhuc est naturalis, & pendet a natura sustentata & confirmata saltem ab arte, non quidem immediate & per se, sed mediate & per accidens, propter naturam ita directam & fulcitam ab arte: Haec a naturali differt, nec genere, quia etiam est *σύνθεσις*, nec specie, quia eadem definitione eius essentia exprimitur, in qua idem subiectum, eadem causa inhaerentiae: attamen differre numero potest, propterea quod in eodem quidem subiecto sit, in quo antea naturalis erat, verum non illa eadem quae antea, quia illa iam est praeterita & deperdita: Neque legitima est collectio, propterea eam non differre numero, quod idem subiectum singulare habeat, nam sic ulcus v. g. vel febris eiusdem individui huius anni, eadem numero erit, quae superioris anni, quod tamen est absurdum, nam sensus testatur.

Solutio.



statatur aliam esse: Quod si alia est, ergo non eadem; & si alia aut genere, aut specie, aut numero, plura namque non dantur diversi & eiusdem genera: Non genere, non specie, quia & genere & specie utraque convenit: Ergo numero: At nihilominus idem est singulare subiectum v. g. Titius vel aliquis alius singularis & hypostaticus homo, ideoque non omnino est veritati consentaneum, ut ea sint numero eadem, quorum idem est subiectum singulare, sed hoc verum est, illa esse numero & re eadem, vel numero con- *Qua sint numero eadem.* venire, quæ simul sunt in eodem subiecto singulari, ut illud album & illud sedens, quemadmodum explicare viderur lib. I. topic. Aristot. Iam autem hæc conditio, sanitati medicæ ut est restituta, & naturali, non convenit: non enim simul sunt in subiecto, illa scilicet, quæ erat naturalis & quæ artificialis, hoc est, ab artifice dicto modo producta, sed hæc illam sequitur, exploso & extirpato morbo: Ideoque numero eadem esse, cum illa non potest. Hæc de fine & quidem externo seu ultimo artis medicæ dicta sunt: De interno, ipsa scilicet medela, propter quam medicatum aut curatum corpus elementatum dicitur, quomodo illa fiat, potius in ultima parte Medicinæ, quam hoc loco explicari videtur conveniens.

Quare hic placet

finem de fine facere, & ad

ultimū Medicinæ mem-

brum propere

rare.



DE CONSTITVTIONE  
DE PRINCIPIIS SEV MEDIIS

*Medicis. Cap. 7.*

**T**ertium medendi artis membrum, circa operationis principia est occupatum, nam cognitionis, in artibus, à subiecto vel fine petuntur. Illa autem quæ sint, ex definitione superius allata, quilibet nullo negotio potis est colligere: In illa enim dicebatur quod Medicina esset ars, per remediorum materias efficiendi medelam, sanitatis gratiâ. Quare duplicia statui debent Medicinæ principia, formalia & materialia, non tam propter productionem ultimi finis, qui solummodo à materialibus pendet principijs, quam propter faciliorem & meliorem operationem Medici omnium difficilissimam. Formalia sunt ipsa remedia, ab alijs indicata minus rectè appellata, triplicia, vitalia præsidia, curatoria remedia, & tandem præseruatoria auxilia, nam analogismus & experientia, aliquo modo videntur ad hæc tria reduci & reuocari posse. Materialia sunt ipsæ materiæ sub hiscè formalibus comprehensæ, ita ut omnes materiæ quibus medicus operatur, sub tribus contineantur titulis, nam aut sunt vitales, aut curatoria, aut præseruatoria, & vel diæteticæ, vel medicinales, vel chirurgicæ: ex quibus diæteticæ vitaliorum remediorum potissimum sunt materiæ, curatoriorum & præseruatoriorum, medicinales & chirurgicæ. Non n. tantum medicinales morbum respiciunt, sed etiâ causam, ut sunt phlegmagoga, hydragoga, cholagoga, melanag. esula, senna, helleborus, turbith, diagridium & similia, quæ non sunt curatorij, sed præseruatorij remedij materiæ, cum non morbum, sed causam respiciant morbificam. Sic Pimpinella, Salvia, Zedoar. non tam præseruatorij remedij sunt materiæ, quàm curatorij, quia



quia morbum respiciunt frigidum, quamvis etiam ad causam possint respectum habere, utpote ad eius peccatum in qualitate prima, frigida scilicet, & secunda, viscida, ubi incidentibus est opus in cura. Sic materiae Chirurgicae respiciunt aequè tam praesidia curatoria quàm praeservatoria, ut sectio venae respicit causam morbificam, sanguinem ut peccat, per accidens etiam morbum in Intemperie calida materiali, ut fit in pleuritide, in epatis inflammatione, ubi mittitur sanguis non ob copiam semper, sed etiam ob motum, item ob refrigerationem & totalem intemperiem calidam materialem: Quando enim illa materiaeducta est, quae calidam introducebat intemperiem, quod fit per venae sectionem, tunc simul per accidens refrigeratur affecta pars, & ab illa intemperie liberatur. Haec media quando adhibet medicus, medelam introducit in corpus, & in hac ipsae materiae operantur per suas qualitates, ac sanitatem si nihil obstat, efficiunt, h. e. si vel *Cur non* sufficientes sunt ad operationem, aut si patiens per inordinatam vitam operationem illarum non impedit, *semper medicus sanat.* aut etiam prorsus destruit, aut aliquid aliud ei impedimento est, ut res externae, quemadmodum testatur Gal. lib. 1. aphor. 1. habitationes, nuncia, actiones, iram, tristitiam, aut alium quempiam affectum aegrotanti adferentes, item quae somnum noctu interrumpunt, in quibus obtemperandum medico, patienti & astantibus esse, ex Hipp. mente l. c. Gal. praecipit: hos namq; nunquam corpore alioqui rectè habituros asseverare videtur lib. 2. ethic. 4. Philosophus, ubi ex responsione ad dubitationem de comparatione virtutis per crebram actionis iterationem, colligebat, illos philosophos, qui tantum de virtutibus disputant, & earum.



DE CONSTITUTIONE

earum saltem cognitionem expetunt, neque tamen secundum earum præcepta agunt, nunquam animo bene valere, dum ita philosophantur, sumpto argumento à simili; nam inquit, similes sunt illis ægrotis, qui studiosè quidem & diligenter audiunt Medicos, nihil autem eorum, quæ præcipiuntur ab ijs agunt: Sic illi studiosè quidem præcepta morum perdiscunt & recognoscunt, non tamen ex illis operantur, ideoque quemadmodum illi nunquam sanitatem corporis, dum ita curantur, recuperabunt, sic neque horum Philosophorum animus rectè valebit. Atque hinc simul colligitur ratio, cur quando à fine suo aberrat Medicus, in reprehensionem non incurrat, reliqui autem artifices, eam, à suo fine aberrantes, non effugiant, quia scilicet & huius subiectum contumax est, & non omninò medici imperio suppositum, quemadmodum mechanicarum artium subiecta suis artificibus; deinde quia finis eius non tam pendet ab arte, quam à natura, quæ quando Medico suam denegat efficaciam & operam, omnis Medici labor & assiduitas vana est & inutilis. Colligitur quoque insulsorum plurimorum asinina inscitia & turpissimus error, qui statim assumpto saltem medicamento non sentientes levamen, non modò Medico valedicunt, sed totam artem contumeliosis & iniuriosis verbis inquinant, & alijs bonis ingenijs odiosam & nauseabundam faciunt, nescientes & turpiter ignorantes, talem operationem non amplius Medici, sed ipsius naturæ esse, cui debebant succensere, & artificibus tali iniuriâ parcere. Hic iterum optima daretur occasio, uberè de remedijs, indicantibus, & indicatis disputare; sed cum admodum proluxa, difficilis, & nescio à quo integrè declarata hæc sit doctrina, quamvis præstantissis

*Cur Medicus non culpatur ut alij artifices, quando finem suum non assequitur.*



stantissimi in ea enucleanda laborarint, ut patet ex Caspeuaccio, Gavassetio, Ludovico Mercato Medico hispano, & alijs, ab instituto nostro & brevitatis studio, eam huc referre, quàm alienissimum esse videtur. Quare si perversitas & invidia quorundam non impedierit, separatim aliquando hac de re disputabitur, & iam quid contra trimembrem ppositam à nobis asclepiadeæ disciplinæ divisionem, nam tribus hisce capitibus, iam generaliter declaratis, totum Medicinæ corpus absolvi, arbitror, afferri possit, quæretur.

ANTIPIPTONTA CONTRA DIVISIONEM

*Medicinæ in partes constituentes supra propositam,  
& eorum solutiones. Cap. 8.*

PRimò qdem Gregarij Philosophi ac Medici (aliter namq; de solidioribus iudicandum) iuggillare me poterunt, propterea quod quæ de elementis, temperamentis, actionibus, facultatibus, spiritibus, humoribus, alijs attulerunt, in constitutione meæ medicinæ omiserim, de quibus tamen Avicenna. fen. 1. lib. 1. & seqq. accuratè, & Galenus lib. pprio de elementis, de sanitate tuenda, & alibi: tum etiam Averr. lib. 2. colliget diligenter præceperunt. Deinde rudiores me carpent propterea quod nullam morborum mentionem in illa divisione fecerim. Deniq; quod prorsus de urinis doctrinam ex Medicorum agro eradica- rim, cum neq; subiecti, neq; finis, neq; principij rationem habere possint: Non subiecti, quia in eis nullus operetur Medicus: Non finis, quia unius artis unicus tantum finis, qui hoc loco sanitas à me ipso statutus fuit: Tandem non principij, quia neq; vitale, neq; cura-  
I rato

1.

2.

3.



DE CONSTITUTIONE

Solutio.]

I.

2.

3.

curatorium, neq; præservatorium, ut nullum in arte medica locum urinarum doctrina habere videatur: Et propterea aut novam & mancam superiorem divisionem esse dicent, aut si perfecta est, à medicina urinarum doctrinam exulare. Verùm his levioribus armaturis, nisi cum firmioribus clypeis, robustioribusq; hastis commutentur, quæ astruata hæcenus sunt, non destruentur. Nam quod ad primum attinet obicem, ille nihil me permovet; Quæcunq; etenim de elementis, temperamentis, & reliquis enumeratis, in medicina traduntur, illa respectum vel ad finem, vel ad subiectum habent, ideoq; illa quocq; proposita in se includit divisio, illorumq; expositio ad declarationem vel subiecti vel finis pertinet, quemadmodum paulò post in sequentibus capitibus dicetur. Eodem modo ad alterum quocq; cõmodissimè responderi puto, de morbo scilicet doctrinam, ad sanitatem revocari & posse & debere, cùm eadem sit contrariorum doctrina, & finis medicinæ ab Averr. l. c. in morbum & sanitatem, vel ut ipse loquitur, morbos expellere, & sanitatem conservare, dividatur, ut eadem sit de sanitate & morbo doctrina: Qui enim unum perfectè horum intelligit, alterum ignorare vix, ac ne vix qdem potest. Ad tertiam quod attinet de urinis allatam objectionem, dico, eas ad omnia tria membra revocari posse, & ad subiectum inquam, & ad finem, & ad principia: Quod n. illi opponerant propterea eas non ad subiectum reduci, quia in ijs medicus non operetur, nihil est: Non enim ex consuetudine Medicorum, res, sed ex propria natura æstimari debent: Cùm autem elementatum corpus urina sit, illudq; subiectum medicinæ verum, sequitur etiam urinæ mederi aliquem posse: Vt distinguenda



guenda hinc medicina sit in simplicem & nostram, simplicemque pro subiecto corpus elementatum universe sumptum: Nostram vero, tantum speciem aliquam eius, hominem scilicet, propter prolixitatem & difficultatem, cum huic subiecto vix Medicus satisfacere in æternum possit, habere dicendum. Deinde ad finem, ita, quod in ijs, in quibus generantur, naturalem statum aut morbosum indicare urinæ possint. Denique ad principia, quia urinæ, nonnullis affectibus, possumus occurrere: Qua de re legatur Plinius lib. 28. cap. 8. Teophr. Paracelsus magn. Chirurg. tract. 2. cap. 5. Hierony. Cardanus lib. 17. de subtil. Mercurialis de urinæ cap. 9. Strabo lib. 3. Dioscor. lib. 2. cap. 74. & tandem Gal. lib. 10. de simplic. medic. facult. ac plerique alij. Neque alicui absurdum videatur, unam & eandem rem ad diversa referri disciplinæ membra, si saltem non eodem modo consideretur: aer enim e. g. modo ad finem, quatenus est eius naturale principium, & ut affectus alicuius signum, modo ad principia reducitur, quatenus aliquid eo alteratur, quemadmodum in pestilenti constitutione fieri videmus, tunc enim quia necessario attrahimus aërem, quæ in corpore sunt alterare, eo correcto possumus, si ve sint solida, ut cor, si ve humores, si ve impetum facientia, ut vapores putridi ad cor tendentes: Eodem modo de urinæ sentiendum, quod & materiæ auxiliorum, & signa sanitatis morborumque esse possint. Hæc sunt tria illa essentialia membra, tres essentielles partes, quæ totam medicinam constituent, & absolvunt, quas qui fideliter perdidit, is

*Nota Medicina distinctioem.*



DE RATIONE FACILE

exercere se in foro practico, tutò potest, & in peritissimum aliquando medicum evadere. Vt autem hoc eò faciliùs fiat, de modo discendi facile medicinam, ultimo loco, ut est pmissum ab initio, agendum erit.

DE MODO FACILE MEDICINAM PERDISCENDI. Cap. 9.

**A**N illorum sententia & institutum sit probandum, qui tot ac tot annos ad absolvendam hanc vel illam disciplinam requiri discantibus quotidie proponunt, non mihi satis reperio, cum hac ratione magis à discendo, bona deterreantur ingenia, propter intellectam ex præceptore summam disciplinæ difficultatem, quam ad discendum alliciantur: Imò non requiri tot annos, boni si essent logici, & naturam ordinis doctrinæ primoribus labris degustassent, affirmarent: Sed quia huic rarò eiusmodi navant operam, hinc fit, ut sine legitimo quoque ordine disciplinas discant ac doceant, & ita non sine maxima difficultate continuando absolvant: At quibus logicæ semper fuit commendatum studium, illi facile & bene quamlibet possunt imbibere disciplinam, modò divinus fortunæ favor, ingenium & memoriam non deneget, quemadmodum multorum exempla testantur. Ita quoque non adeò difficile, legitimo in discendo ordine adhibito, Medicinæ videtur studium: Neque tamen quilibet eadum potest hanc perdiscere facilitate, cum non omnia in medicina studioso requisita, in omnibus sint præsentia, ingenium imprimis bonum & laudabile, deinde logicæ & physicæ plena scientia, cui si est adiuncta mathesis & histo-

Requisita in  
Medicinæ  
Studioso.



historiarum cognitio, propter variationem curæ in  
variorum symptomatum syndrome, magis sibi habet,  
cur, applicaturus ad medicinam animum, gratuletur,  
sanitas item, & sufficientes sumptus, qui nervus sunt  
rerum gerendarum & efficiendarum omnium: In quo  
hæc cum non reperiuntur, is aut nullos in medicina pro-  
gressus, aut quàm difficilimè aliquos faciet, cum, quia  
propter ingenium caudex sit, atq; ad subtiles medita-  
tiones in medicina necessarias, ineptus, tum quia quæ  
præsupponere in Medicina debet, ignoret, & ita in  
discendo cursum suum continuare remoretur, cum præ-  
supponenda in medicina, prius in hac disciplina per-  
discere cogatur: Interim tamen si legitimum doctri-  
næ ordinem in discendo observaverit, facilius, quàm si  
alio fuerit usus, totum medicinæ corpus & breviori  
temporis spatio discendo absolvet. Hic ergo quia dus-  
plex: Syntheticus & analyticus, qualis quæso in doc-  
cenda ac discenda medicina debet observari? num syn-  
theticus? qui à principiis progreditur ad principiata? *Ordine syn-*  
quali suam naturalem conscripsit philosophiam Philo- *thetico nec*  
sophus, quemadmodum testatur ipse ab initio lib. I. *docenda nec*  
~~que~~ à principio, à principiis corporis naturalis, & à princi- *discenda*  
piis affectionum eius incipiendo, progressumq; ad prins- *medicina.*  
cipiata, utpote ad affectiones à principiis istis proman-  
nantes, faciendo? Sicne etiam à principiis medicis ad  
principiata medica, à materijs auxiliorum, ad finem  
seu sanitatem? Certè cui hinc præposterus arridet mo-  
dus, & ut scitum habet Arcesilai dictum, qui lanam  
portat in officinam fullonum, nihil omninò in medicis  
na proficiet: illæ namq; materiæ præsupponunt ipsa  
remedia: Remedia autem, ipsa indicantia, ut sunt se-  
cundum opinionem aliorum, morbus, causa, virtus:



### DE RATIONE FACILE

Quod si igitur ignoretur & prius non cognoscatur natura morbi, causæ, virtutis, quàm ipsæ materiæ remedij: hæ quoq; vix ac ne vix quidem, aut certè cum magna difficultate medicè consideratæ intelliguntur. Quod si autem primò cognoscatur naturam morbi, causæ morbificæ, virtutis, facile remedium intelligo: & accepto remedio, nihil est, quod hæsitentem, quid id sit, quod remedium respiciat, in ipsa etiam adhuc cognitione: facile quoq; & sine ulla turbatione materiam invenio. Quare hic ordo doctrinæ, in perdiscenda medicina, non videtur esse bonus atq; conveniens: Illa namq; in omni bono ordine sunt præmittenda, quæ ad aliorum cognitionem faciunt: hoc enim intelligebat I. physic. per notiora nobis Philosophus, ut doctè & ingeniosè declaratur à Zabarel. passim in lib. de method. & manifestè ex definitione ordinis doctrinæ colligitur: Ille enim definitur, quod sit instrumentum logicum, disponendi aptè cuiusq; disciplinæ partes, ob meliorem illius & faciliorem cognitionem. Quod si autem dispositio illa fit propter nostram meliorem & faciliorem cognitionem; ita profectò debent disponi partes, ut etiam hunc ordinis finem assequantur, quod fit, si illa præponantur, quæ ad aliorum cognitionem faciunt, non contrà. Cùm ergò materiæ medicamentorum non faciant ad cognitionem reliquarum duarum medicinæ partium, sed contrà, sanitas cum qua morbum coniungo, quia contrariorum est eadem doctrinæ ratio, & subiectum, ad medicorum (nam vitalia non possunt intelligi remedia, nisi ipsum subiectum sit antea probè cognitum, utpote quod



te quod constet ex tribus, humidis, solidis, & impetum facientibus sive spiritibus: tum demum enim scire possum, quidnam sint remedia vitalia, quæ totam virtutem respiciunt, & quæ partem, solida solidam, humida humidam, aërea spirituosam: Idem esto de reliquis iudicium) principia postremo loco perdiscenda in medicina esse concludo. Quod etiam ex omni disciplina operatrice patet: nam hoc est perpetuæ & immotæ veritatis axioma, illud esse ultimum in operando, quod primum in cognoscendo, ordo namque disciplinæ operantis, necessariò est contrarius ordini doctrinæ cognoscentis sive docentis: quod si ergo principia medica prima essent in cognoscendo, relinqueretur illa ultima in operando esse, quod tamen veritati vehementer reclamât, nam in operando illa sunt prima, primò enim adhibet medicus sua legitima remedia, postea demum sequitur sanitas, in qua acquiescit, nec ulterius operari desiderat.

Quapropter analyticus debet in medicina observari doctrinæ ordo, qui exordium facit à fine, cum quo semper coniungitur subiecti consideratio, & ad ipsa tandem principia progreditur, in hisque acquiescit, quia satis suo fecit officio, quandoquidem omnes partes disciplinæ operatricis aptè disposuit, ut facile iam & benè à quolibet perdisci possit. In ipsa autem finis & subiecti consideratione hoc quoque dignum notatu occurrit, quod consideratio subiecti, quandoque finis considerationem præcedat, quandoque sequatur prout unum ad alterius intelligentiam facit: Nam quando subiectum nihil ad finis facit cognitionem, quemadmodum eveniebat in morali philosophia, tunc

*Ordo analyticus in Medicina observandus.*



DE RATIONE FACILE

Quid primò  
Medicinæ  
Studioso di-  
scendum.

tunc finis primum sibi in disciplina iure locum debet  
vendicare: Quando verò finis sine eo intelligi aut  
non, aut difficulter potest, tum subiecto primas tribu-  
ere. Hoc igitur ordine doctrinæ, medicinā qui vult  
imbibere, omnium optimè & facilimè potest perdisce-  
re, ut primò tantam sibi corporis humani v. g. (ut sal-  
tem de nostra medicina loquar, non de simplici, cum  
impossibile sit illam per totum vitæ curriculum absol-  
vere, eò quod nostra quæ particula eius tantum est  
satis nobis facessat negotij) comparet cognitionem  
atq; scientiam, quanta pro finis ratione requiritur, ut  
testatur Philosophus lib. 1. ethic, cap. ult. lib. 2. physic.  
cap. 2. ubi his formulis loquendi utitur, in declaranda  
subiecti in artibus consideratiõe: ἂν εἰς αἰνῶν πῶς, ἰτεν  
χάριν τῶτων, μεχρὶ τῶ μεχρὶ ἄνός, ἐφ' ὅσων ἱκανῶς ἔχῃ πῶς  
τὰ ζητούμενα, & comprobatur ab Averr. lib. 5. collig.  
nec non ab Avic. in sua Physiologia, ubi subtiles de  
corpore humano disputationes à medica cognitione  
humani corporis, huius inquam subiecti, alienas esse  
dicit, & ad naturalem philosophiam pertinere affir-  
mat: Interim tamen omninò nullam de eo contem-  
plationem in medicina tam docente, quam operante  
(non enim necessarium est inter κτῆσις καὶ χηρσις, inter  
possessionem, habitum, doctrinam, seu præcepta artis,  
& inter usum exercitationemq; præceptorum, inter  
artem docentem, & operantem, distinguere, quia eas  
dem in utraq; considerantur, nec alia aut plura in ope-  
rante quam docente, aut contrà) instituere, nemo res-  
ciè inferret: omnis namq; ars necessariò suum consi-  
derat subiectum: cùm enim omnis artifex in id potiss-  
simùm incumbat, ut in materiam inferat artificium su-  
um, fieri non potest, ut quicquam moliri possit aut ef-  
ficere,



ficere, in penitus ignota sibi materia: non enim ut est lib. 1. de anima in fistulas ingreditur ars textoria, aut tybiam in lyram, de qua re plura apud Themistium in paraphras. lib. 1. de anima cap. 22. videantur. Patet igitur exordium in medicina à subiecto faciendum esse, cum ad sanitatis cognitionem meliorem & faciliorem faciat: Qui enim debet cognoscere sanitatem, is nisi sciat prius, quæ partes sint similes quæ dissimiles, sanitatem quocumque planè scire se non affirmare audeat: sanitas namque constitutio est, & hæc triplex, vel propria, vel communis, & illa duplex, propria particularum similarium, quæ est ipsa temperies, vel propria dissimilarium, quæ est compositio, communis vero utrisque partibus est unitas: Quod si igitur quis ignoret, quæ partes sint similes, quæ dissimiles, ipsam quocumque sanitatem aliqua ratione ignoret, aut saltem sine subiecti cognitione non intelligat, necesse est. Quare rectè primus in medicina locus subiecto debetur, cum ad finis cognitionem conferat. Hinc graviter & prudenter monebat Hipp. in lib. de locis in homine, quod, *φύσις τοῦ σώματος, ἀρχὴ τῶν ἐν ἰατρικῇ λόγων*, quasi diceret, quemadmodum explicavit Ioh. Fernel. lib. de partibus corp. hum. cap. 1. tradendæ medicinæ initium ab humano corpore ducendum esse, propterea quod hoc eius subiectum existat, & omnium primò sensibus occurrat notissimum. Ideoque magis commendatione dignus Fernelius, quam Fuchsius & alij, quod à subiecto inceperit, cum sanitas, subiecti cognitionem præsupponat, quemadmodum paulò antè est demonstratum, præcepto pariens iam adducto Hippocratis, & vestigijs insistens eius, qui libris septem colligit admirando ordine totam artem medicam est complexus

K

artificio



DE RATIONE FACILE

*Quid secun-  
do discen-  
dum.*

artificiosissimè, Arabum dico Philosophorum facile principis Averrôis, qui antequam se ad declarandam sanitatem & ægritudinem accingat, primò diligenter anatomiam corporis humani instituit, à cap. 2. libri primi usq; ad librum secundum, & primò quidem similarium, oisium cap. 3. & 4. venarum pulsatilium cap. 5. venarum non pulsatilium cap. 6. nervorum cap. 7. ligamentorum cap. 8. chordarum cap. 9. carnis cuius tres constituit species cap. 10. villorum cap. 11. humorum cap. 12. &c. deinde dissimilarium à cap. 16. usq; ad caput 35. Libro secundo tractare incipit de fine, de sanitate, affectione ordinis non neglecta, quæ est secundum philosophum lib. 1. phys. 1, ab universalibus ad particularia seu specialia progredi, cuius doctrinam continuat ad lib. 5. ubi incipit ipsa principia medica explicare, ad finem usq; libri 7. Altera cura medicinæ studiosi esse debet, ut fideliter illa, quæ ad sanitatis ac consequenter præter naturam rerum cognitionem pertinent, perscrutetur, animoq; infigat, quæ quia consistit, ut finis medici est, & in conservatione naturalis sanitatis, & remotiõe rerum p. n. illaq; dependeat à temperatura, compositione & unitate causaliter, hæcq; in ablatione causæ morbificæ, curatiõe morbi, correctiõe symptomatum, ideòq; necessarium est, ut in doctrina de temperamentis ac consequenter de elementis, & mistiõe, à quib; temperatura proficiscitur, fideliter se exerceat, compositionem ac unitatem membrorum diligenter contempletur, plenam & solidam sibi omnium rerum p. n. cognitionem comparet: Ac quia tam sanitas quam morbus in occulto latet, ita ut sensus nostros effugiat, idcirco ne omnino incerti vel de sanitate vel de morbo simus, certa utriusq;



triūsq; reperiuntur signa, quibus à nobis nullo negotio dignosci possunt, ut sunt actiões, quæ si naturales & bonæ, sanitatem arguunt, si labefactatæ, ablatae, depravatæ, morbum demonstrant, siue naturales fuerint, siue vitales siue animales: item qualitates, omnia excrementa, ætates, tempus anni, regio, cœli status, aër, consuetudo in victu & reliquis rebus non naturalibus: Propterea quoq; finis ratione hiscè pernoscendis suam non deneget operam. His ita fideliter perceptis, tandem de modo ac ratione conservandi præsentem sanitatem, & restituendi absentem siue deperditam, laborare regiæ huius disciplinæ amator debet, h. e. methodum medendi, quæ tradit & ostendit modum inveniendi media siue principia medica firmiter memoriæ mandare, & materias, quæ, sub quolibet genere remediij quod triplex tantum est, vitale, curatorium, præservatorium, & uniuscuiusq; specie, continetur, ut in ipsa exercitatioe artis eas à memoria possit repetere, diligenter animo aliquando quoq; cõprehendere, tam chirurgicas inquam, ut & ipse rectè hisce uti possit, & utenti chirurgo imperare, q̄ medicinales, simplices, cõpolitæ, ac diæteticas sex videlicet res non naturales à medicis ita appellatas, aërem dico, cibū, potū, seu ea quæ assumuntur, motum & quietem, & universi corporis & singularum eius partium, somnum & vigiliam, excretionem & retentionem, ac tandem animi perturbationes sedulo memoriâ complecti. Cùm autem, graviter prudenterq; ita monente Gal. lib. II. Therap. meth. c. 9. Imprudentis cõsilij sit, apud vulgū p̄sidia, q̄ multis fuere saluti, imò etiã totam artem infamare, quod fit, quando temerè in omni morbi genere & quolibet individuo agrotante adhibentur, ideò anteq̄ ad materierum

*Quid tertio  
discendum.*



DE RATIONE FACILE

electionem perveniat Medicus, necesse habet prius videre, utrum secundum medendi methodum inventis scopis sive remedijs satis possit fieri, nam si non potest, de materierum inventione & administratione minime debet esse sollicitus, ut recte dixerit, quamvis non recte definierit, Hipp. in libel. de arte, in descriptione medicinae, hanc scilicet ijs, qui a morbis victi sunt, manus non admovere: Ad cuius mentem, 2. aphor. 29. Gal. consuluit, deploratos non attingere, sed magis recedere, eventu morbi praenunciato. Virum autem in vestigatis medicis intentionibus possit satisfieri nec ne, quia ex prognosticorum doctrina manifestatur, ideoque non illegitime doctrinam quae de prognosticis sibi familiarem, is, cui consultum cupimus, reddat. Ac quia materierum medicinalium compositio est & frequens & necessaria, ultimo loco methodum medicamenta componendi quae non negligat, videtur non minus necessarium, Quo ordine discendi observato, nescio quid obstare possit, quo minus, requisitis superius allatis praesentibus, quis, triennio feliciter & facile totum medicinae corpus absolvat: Potissimum enim labor (nam subiectum penitus ex physicis tantum repetere necesse habet, non in hac disciplina prius perdiscere) circa principia esse videtur, in quibus si sesquiannum consumpserit, aut etiam integrum biennium, cur sufficienter, ita ut ad artis exercitationem sit idoneus, versatus ac peritus dici non poterit? Reliquum tempus in morborum & sanitatis cognitione si triverit, cur non sufficientem illorum sibi cognitionem atque scientiam parabit? Hoc tamen addendum ultimo loco putavi, prius generalem horum trium membrorum cognitionem praemittendam esse, ita ut nudae & pingui minerva unumquodque cognoscatur,



scatur, postea specialem & accuratam praecipue finis & mediorum subiiciendam (nam subiecti specialis cognitio in speciali latet sanitatis tractatione) ita ut primo in genere explicetur natura sanitatis atque morborum, & simul subiungatur generalis cognitio signorum, mediorumque formalium, quorum ratione doctrina de methodo medendi, prognosticandi, medicamenta componendi est necessaria. Postea in specie, ubi uniuscuiusque partis sive membri sanitas atque affectus sive vitia explicentur, capitis externi interni, sensuum, pectoris, cordis, ventriculi, epatis & reliquorum membrorum omnium, horumque in specie iterum signa, formalia media, prognostica & remediorum convenientes in hoc vel illo morbo materiae: Hac enim ratione a generalibus ad specialia fit progressus, qui in omni doctrinae ordine peculiarem quandam, non sine magna discipulorum utilitate, locum sibi vendicat: Ipsa nam specialia si primo perdiscenda proponantur, difficilis disciplina redditur, propter generalium in speciali illa cognitione supponendorum ignorantiam. Hoc igitur bono & legitimo ordine analytico, pro natura sua medicinam tradendam & perdiscendam esse, facillioris & melioris cognitionis gratiam, puto: Meliorem qui potis est nobis modum addiscendae medicinae monstrare, huius vestigijs tanquam numinis alicuius, ut Platonis verbis utamur, insistemus, ipsiusque consilium omnibus modis comprobabimus. Haecenus, qui meliorem viam monstrarint, videre non potui, cum omnes aut in generali contemplatione gradum stiterint, intactis specialibus, in sua conscribenda medicina, aut specialia cum generalibus confuderint, cum tamen ordinis sit suo quaelibet loco apte disponere, ita ut generalis partium disciplinae tractatio continuetur, postea vero earundem specialis ei succedat.

DE



DE RATIONE FACILE  
DE SYNOPSI AC DELINEA-  
tione totius Medicinæ Cap. 10.

*Generalis  
Divisio me-  
dicinæ.*

**P**RO uberiori corroboratione & declaratione eorum, quæ hæcenus de numero partium medicinam constituentium, & doctrinæ ordine dicta sunt, placet hîc totam artem medicam breviter in tria nostra superius proposita capita resolvere, & propter meliorem totius cognitionem, synopticè, quasi in tabella, illam depingere. Dividatur ergò in tres partes, nostra scilicet medicina non simplex, in corpus humanum tanquam subiectum, non ut cadaver est, sed animatum, in sanitatis possessionem tanquam finem, in remediorum materias tanquam operationis medica principia: & observetur, hæc tria simul primò generaliter esse in medicina tractanda ac explicanda, specialiter deinceps.

*Subdivisio  
subiecti ge-  
neraliter  
considerati.*

Ad generalem tractationem quod attinet, dividatur primò subiectum: sed qua divisione fortassis non est omnibus manifestum, siquidem variæ possint proponi pro varietate fontium, ex quibus divisiones & differentia rerum hauriuntur, ut sunt forma, materia, efficiens, finis &c. Nam dividi potest non illegitimè in partes simplices seu similes, & compositas, dissimiles, organicas seu officiales, ex sententia Philosophi lib. 1. de histor. anim. cap. 1. lib. 2. de partib. anim. cap. 1. & 2. Nec non Gal. lib. 1. Therap. meth. cap. 6. & lib. 8. de placit. Hipp. & Plat. Item in eas, quæ generantur ex sanguinis parte crassiore, densiore, & magis elaborata, & quæ generantur ex sanguinis parte humidior, laxiore, & minùs elaborata, & quæ ex sanguine medio modo se habente; Non monstrato errore



errore medicorum communium; ex colore essentiam  
rei pensantium, & partes in sanguineas & spermaticas  
dividentium, eò quod decepti sint colore partium, pu-  
tantes omnia rubra membra ex sanguine suam origi-  
nem ducere, & contra omnia alba ex spermate oriri,  
contra philosophum lib. 2. de gener. anim. cap. 4.  
primæ, sunt partes duræ & quasi exanguës, propter  
insignem & extremam substantiæ sanguinis mutatio-  
nem, ut ossa, aut etiam non ita duræ, quia ex non tam  
compacta essentia sanguinis generantur, ut sunt nervi,  
venæ, arteriæ, cartilagines &c. Secundæ, sunt partes,  
quæ fiunt ex parte sanguinis subtilissima & tenuissima,  
ut adeps, pulmo, &c. Ultimæ sunt, quæ ex mediocri  
parte sanguinis, ut caro, epar, &c. Dividitur insuper  
subiectum in partes, quæ habent operationes commu-  
nes, utpote quæ à communibus facultatibus gubernan-  
tur, quemadmodum sunt omnes partes simplices: & in  
eas, quæ determinatas operationes habent, ut instru-  
mentales, quarum quædam proprium opus respiciunt,  
ut omnes instrumentales, præter cerebrum, cor, epar,  
testes, quædam publicum, quædam publicum & pro-  
prium simul, ut cerebrum & cor. Porro adducitur ta-  
lis quoque divisio, quod eius partes aliæ sint principes &  
nobiles, ut cerebrum, cor, epar, ventriculus, testes, ut-  
terus: aliæ minus principales & ignobiles, ut ossa,  
manus, cartilago &c. Nam si meliorem vitam respic-  
imus, nobilissima corporis pars est cerebrum; si vitam  
simpliciter cor, epar, & ventriculus; si speciei con-  
servationem, testes & uterus. Tandem hanc quoque  
alii divisionem subijciunt, ut colligitur ex Leon-  
hard. Fuchsio lib. 1. instit. medic. sect. 3. cap.  
7. quod aliæ partes sint calidæ, aliæ frigidæ, aliæ  
humidæ,



DE RATIONE FACILE

humidæ, aliæ siccæ, vel simpliciter, vel per debitam combinationem: Item quod aliæ sint molles, aliæ duræ: Et quod aliæ spatia habeant, aliæ non: Et quod aliæ sint dextræ, aliæ sinistrae, aliæ superiores, aliæ inferiores, aliæ antè, vel retrò, vel in superficie, vel recessu positæ. Quæ omnes quidem divisiones ratione subiecti cognoscendæ sunt, propter materierum administrationem: Attamen quia magis ex usu medico est, magisq; foro practico, propter absolutam, ratione substantiæ, vitalis indicationis intelligentiam, inservit, corporis humani (quæ magis quôq; videtur hisce omnibus essentialis) Hipp. 6. epid. sect. 8. aphor. 19. divisio, retinenda in primis illa propterea est, & ad eius membra quæcunq; in honorû Medicorum & authenticorum authorum libris de partibus corporis humani, vel de subiecto Medicinæ in publicum prolata sunt, aut proferuntur, revocare: Nam nescio, qua ratione spiritus possint ut subiectum considerari, si huic divisioni locus denegetur, quia illos reliquæ divisiones non includunt, cum tamen ut subiectum considerentur in medicina, quemadmodum ex vitali indicante apparet, quod tanquam res naturalis est per similia conservandum, & ratione substantiæ, & ratione qualitatis, & ratione quantitatis: Et substantiæ quidem ratione tripliciter: vel ut *spiritus* sive spiritalis pars, vel ut pars humida, vel ut pars solida. Non ergo tam ut instrumenta sunt actionum, quàm ut pars virtutis aërea, spiritus in medicina considerari debent: Ergo etiam in illa parte, quæ de subiecto agit, explicari. Quare divisio Hipp. omnium est optima & medici instituto convenientissima, qua dividitur corpus humanum, in contenta seu humores duplices, alimentales ut sanguinem,



guinem, & excrementicios duplices, ( qui relativè saltem in tractatu subiecti, quatenus respiciunt alimentales, illisq; opponuntur, explicantur ) utiles, quales sunt, lac, semen, menstruus sanguis; & inutiles ut bilis excrementicia, pituita talis, melancholia, sputum, urina, stercus; In ipsa continentia seu solidas partes duplices, similes, ut ossa sunt vena, arteria, nervus, ligamenta, cutis, membrana, musculi caro &c. & dissimiles, ut sunt caput, cor, pectus, diaphragma, ventriculus, mesenterium, intestina, epar, lien, renes, vesica, testes, penis, uterus, manus, brachia, pedes. In impetum tandem facientia sive spiritus, qui triplices sunt, animales, vitales, naturales.

Alterum membrum medicinam constituens est *subdivisio* sanitas sive sanitatis possessio, quæ aut præsens est, & *finis* generatim à Medico conservanda, aut absens sive deperdita, à *raliter* Medico post remotionem morbi, in illius locum *sumpti.* succedentis, reparanda. Illius ratione agendum de eo, in quo potissimum consistit, ut est temperatura, & quæ hanc consequuntur, ac ei necessariò accidunt. Temperaturæ gratiâ, doctrina de elementis & de mixtione ex physicis hinc repetenda est: Ea quæ temperaturam consequuntur, sunt omnes qualitates tangibiles, nec non quæ ad gustum, visum, & olfactum pertinent, teste Gal. lib. 1. de facult. nat. cap. 6. Quod necessariò ei accidit, est compositio & unio: Et quia ad compositionem pertineat qualitas, quantitas, situs; ac qualitas illa sit vel figuræ, propriè appellata conformatio, vel cavitatum, vel superficiei; quantitas sit vel continua, vel discreta partium, de his omnibus sanitatis præsentis ratione agendum erit. Quod ad sanitatem deperditam attinet, huius ratione agendum erit.

L

erit.



DE RATIONE FACILE

erit. Quod ad sanitatem deperditam attinet, huius ratione agendum de ijs, quæ præter naturam sunt in nostro corpore, ita ut sanum actu non dicatur: Illa sunt numero tria, morbus, causa morbifica, & symptoma. Morbus cognoscatur & ratione definitionis & ratione divisiõis, ac dividatur in temperiem, vitiatam compositionem, & unitatis solutionem: Intemperies in manifestam & occultam; manifesta in simplicem & compositam vel immateriatam vel materiata: occulta in morbos venenatos, quæ á veneno &c. Vitiata compositio, in qualitatis, quantitatis, situs &c. Unitas soluta in vulnus, ulcus, contusionem, illisionem, fracturam, rimam, cariem, punctiõnem, scissionem, spasma, ruptionem, excoriationem, pro diversitate subiecti, carnis, ossis, nervi, venæ, cutis. Item ratione medicinæ totius, subiecti, in morbos capitis, exteriores, interiores, pectoris, cordis, pulmonum, mammarum, diaphragmatis, ventriculi, intestinorum, mesenterij, iecoris, lienis, renum, vesicæ, uteri, partium genitalium, pingui scilicet in hac generali contemplatione minerva, non neglectis alijs quoq; accidentalibus morborum differentijs. Causa morbifica dividatur, in venenatam, ut sunt omnis generis venena, & non venenatam, & hæc iterum in internam & externam, Interna in vaporem & mineram, minera in animatam, ut vermis est, lumbrici, ascarides, ranæ, serpentes, & inanimatam duplicem, mollem, sanguinem, bilem, pituitam, melancholiam, ferositatem; & duram, stercus scilicet induratum, calculum &c. Vapor pro ratione mineræ etiam ὑποστασις ἢ ἰσχυρὸς potest pati. Externa, dividatur in necessariò occurrentem, ut est aër, & non necessariò occurrentem, ut sunt, ci-  
bus,



bus, potus, medicamenta assumpta, somnus, vigilia, motus, quies, & animi perturbationes sive affectus, inanitio, cuius variae sunt species, venæ sectio, scarificatio, purgatio, sudor, balneum, repletio & reliqua exteriora, quæ morbum valent producere. De quibus tamen solummodò hîc nominatenus est agendum, cùm potissimùm in medicina considerentur, ut remedium materia, quibus hominem & præservamus & curamus. Symptomata deniq; dividantur in læsam actionem, animale, vitalem, naturalem, & unaquæq; actio læsa secetur vel in labefactam sive diminutam, vel depravatam, vel deperditam sive abolitam: Item quod lædatur, vel læsa facultate, vel ob errorem externum, qui vel est causa interna vel externa: deinde in qualitatem mutatam: & excrementum mutatum. Vnumquodq; quomodo ulterius subdividatur, quilibet nullo negotio ex alijs potest cognoscere, qui de præter naturam rebus copiosè scriptitarunt: Nostri hoc in loco institui ratio est, saltem synopticè artem delineare, ut ordo doctrinæ cuilibet reddatur manifestus atq; perspicuus. Sanitas autem morbus & causa quædam, quia non omninò res manifestæ, nihilominus tamen propter finem obtinendum, Medico apprime cognitu necessariæ, ideoq; certa sunt inventa signa, intrò illas latitantes, patefacientia. Quare hîc quoq; doctrina de signis medicis est enucleanda. Ac ut id quoq; legitima fiat methodo, nam hic locus omnibus videtur non conveniens, siquidem actiones quæ signa sint, quæ notæ esse debent, anteq; symptomata perdiscantur, cùm ad horum cognitionem faciant: Nemo enim intelligit, quando actiones animales sint læsæ, nisi sciat, quænam dicantur, vel sint animales actiones



DE RATIONE FACILE

Quapropter sanitas dividatur, ut supra dictum est, in præsentem, & deperditam: præsentis ratione agatur de essentia, quæ in definitione & divisione consistit, agatur etiam de signis, quæ dividantur in principalia, ut actiones sunt animales, vitales, naturales, ubi datur occasio de pulsibus tractandi, qualitates, & excrementa, ubi doctrina de urinis locum peculiarem sibi reperit: & minus principalia, ut sunt ætates, tempus anni, regio, cœli status, aër, consuetudo in rebus non naturalibus. Ratione actionum, agendum hîc de anima πῶς saltem, non ἀκριβῶς, utpote à qua fluant facultates & omnes operationes: Quare tractatus de actionibus, includat in se doctrinam de anima, facultatibus & calido innato ut instrumento animæ. Eodem modo procedendum in rebus p. n. ut primò de essentia eorum agatur, deinde de signis latentium rerum p. n. & primò quidem causarum, sanguinis abundantis, bilis, pituitæ, melancholiæ, aquositatis & reliquarum illarum, quæ per se non sunt planæ: secundo morborum, ut hoc loco considerantur, generalia scilicet, quia generaliter de morbo hîc fit sermo, Intemperiei scilicet & reliquorum.

*Subdivisio  
principio-  
rum gene-  
raliter con-  
sideratorû,*

Restat adhuc saltem tertium Medicinæ membrum, de quo potissimùm laborandum: Hoc agit de principiis seu medijs medicis, quæ duplicia supra sunt proposita, formalia & materialia. Quænam ex his primò explicari & perdisci debeant, iure dubitatur: Nam quia nostra melior & facilior cognitio, tam in ordine, quàm in methodo, semper est, quoad fieri potest, observanda, videtur convenientissimum, primò de materialibus præcepta dare, cùm ita meliùs & faciliùs medica perdiscantur principia: Medicus namq; omnes  
debet



debet facultates medicamentorum, quantum potest fieri in imbecilla hac nostra natura, de qua testatur & conqueritur Aristot. lib. 1. de partib. anim. & lib. 3. metaphysic. item nomina, formas, differentias, locum ubi nascantur, temperamentum, probè habere cognita: At illa, non esset conveniens, explicare, quando materialia ad formalia ducuntur; nam sic tantùm unicam percipio facultatem, quæ ipsum est remedium, ut pote quando sub hoc remedio, quod est attenuans (en facultatem) colloco materias, vel materialia principia medica, simpliciter colloco nomina materierum, non simul explico illa, quæ debent à Medico cognosci, alioqui nimis prolixus & difficilis ille tractatus redderetur. Præterea ubi explicarentur venenosæ materiæ? quia sub nullo, quatenus tales sunt, comprehenduntur remedio, nullum namq; est remedium venenum, ideoq; non explicarentur à Medico venena, quæ tamen etiam scitu ipsi sunt valde necessaria, ne inconvenientes exhibeat materias: Verùm quando primò explico materias, & illas divido in chirurgicas, Medicinales, & has in venenosas & non venenosas, item dicæteticas sex res nō naturales, tūc omnia, quæ debent in hisce considerari, explicare possum; Postea formalia, quæ in methodo medendi declarantur, dirigunt quasi has materias, ut hæc vel illæ iam propter indicantia dicantur convenientes: ut quando indicans est crassum, cuius ratione sunt adhibenda attenuantia, non eligo gallam, hyosciamum & similia, sed ex superioribus repeto, quæ facultatem attenuandi habent, ac ea huerefero: Et si quæ alta est qualitas eis coniuncta, quæ noceat simul, hoc ex superiori scio doctrina, ac ita facile noxiam illam corrigendam esse intelligo.



DE RATIONE FACILE

telligo. Quare materialia princip. videntur primò explicanda, deinde ut rectè administrantur, formalia,

*Formalia  
priùs explicanda.*

At non est propterea necessarium, primum materialibus tribuere locum, quod non conveniens sit, omnia, quæ in materijs sunt cognoscenda, in ipso formali explicari: Hoc namq; eadem facilitate potest in progressu fieri, cognitis iam formalibus, qua in antecedente doctrina, quemadmodum etiam tum demum venosæ materiæ explicari: Ut contraria videatur sanior esse opinio, quæ primatum formalibus offert principijs. Cùm enim illa, sint quasi generales tituli & formæ, sub quibus multæ species comprehenduntur; non enim considerantur materiæ ut materiæ, sed ut remediorum materiæ, & ut per facultates, quas remedia licet appellare, operantur; ac generalia primum sibi in ordine doctrinæ locum vendicent I. physic. I. ideoq; priùs de formalibus agendum reor, non secus ac in logicis fieri videmus, ubi priùs generalis forma syllogismi, qua omnes conveniunt syllogismi materiales, explicatur: Quemadmodum enim omnes materiales illa communi forma ratione figuræ & modi ac reliquorum principiorum, sic quoq; omnes materiæ ut à Medico considerantur, remedio, hac inquam forma generali, conveniunt. Deinde hæc methodus in principijs propterea probatur, quod ita maximo perè generalis tractatio cum particulari conveniat: In hac enim scimus hanc observari methodum, quemadmodum patet ex Divinissimo Capevaccio, sicut rectè appellatur à Montalto, ut primò tradantur formalia in doctrina de indicationibus cuiscunq; morbi, deinde verò materialia, cùm hæc dirigantur ad illa tanquam



quam ad sua principia. Ideoq; dividantur principia *Methodus* medica, in generali adhuc cognitione, in formalia & in principia materialia: Formalium ratione, agatur de methodo *piorum de* medendi; huic subiungatur methodus prognosticans *eterna te-* di; succenturietur methodus medicamenta componenda. nendi: Nam methodi duæ posteriores non respiciunt *Formalia* materias, sed ipsa saltem remedia, ut prognosticandi *principia*, dicit, vel impossibile esse huic invento remedio satisfieri, vel facile vel difficulter; medicamenta componendi, tradit modum, quo remedia debeant complicari, ut purgantia cum purgantibus, cum confortantibus sive corroborantibus & similibus, quamvis non ignorem, compositionem quoq; ipsarum materierum esse de qua tamen hoc loco non principaliter, sed infra potius in ipsarum materierum enumeratione. Methodus medendi docet tria esse principia formalia, quicquid alij statuunt, vitalia, curatoria, præservatoria. *Vitalia* sunt vel aërea, vel *Vitalia* alimenta liquida, vel solida, alexipharmaca, astringentia, tenuia, quia tot in virtute considerantur, *principia* tot in virtutis conservatione necessaria sunt: Nam in virtute considerantur tria, substantia, quantitas, qualitas: Substantia est triplex, spirituosa, humida vel liquida, & solida. Propter primam necessaria sunt aërea, ut conserventur spiritus, propter humidam seu liquidam, necessaria sunt alimenta liquida, quia omne simile conservatur à simili, propter solidam substantiam, requiruntur alimenta solida. Quod ad quantitatem attinet, virtus robusta indicat, si modò nihil prohibeat, plenum victum, debilis tenuem: Nam si morbus prohibeat, tunc robusta virtus, quamvis indicet victum plenum, tamen



DE RATIONE FACILE

tamen ille non exhibetur, propter morbum, quia ut Gal. lib. 1. ad Glauco. 10. docet, inedia ad morbi coctionem profunt, quare tenui utimur victu, quia virtus est robusta, ut facile inedia ferre possit, si vero frangatur, pleniorum victum aegroto concedimus: Nam ut loco cit. idem docet, inedia quantum profunt ad morbi coctionem, tantum obsunt viribus. Qualitatis ratione in virtute consideranda, quia illa vel est totius temperamentis, seu ut alij loquuntur occulta, vel quia est manifesta, ut temperatura ossis frigida & sicca, carnis calida & humida, ideoque & alexipharmaca, & astringentia, & tenuia, sunt cognoscenda.

*Curatoria,*

Curatoria remedia sunt triplicia, quaedam respiciunt intemperiem vel sine respectu, consideratam ad partes, vel cum respectu: Sine respectu vel simplicem, ut calefacientia, frigefacientia, humectantia, siccantia, in primo, secundo, tertio, quarto gradu: vel compositam, & vel immateriatam, ut calefacientia & humectantia, calefacientia & siccantia, frigefacientia & humectantia, frigefacientia & siccantia: vel materiata, & vel biliosam, vel sanguineam, vel phlegmaticam vel melancholicam, ut sunt alterantia bilem, sanguinem, pituitam, melancholiam: Quae enim hisce causis contrariantur, illa quoque morbis eiusmodi, qui nati sunt scilicet ex his, medentur optime: Vnde non putandum est, in intemperie materiata adhiberi vel digerentia bilem vel pituitam, propter bilem aut pituitam, in contraria scilicet indicatione, sed saltem propter alterationem temperiei malae materiae. Si intemperies cum respectu ad partes consideretur, hic explicanda etiam veniunt, calefacientia, frigefacientia, humectantia, siccantia, & simpliciter in primo,



primo, secundo, tertio, quarto gradu, & compositè & vel immaterialiter, vel materialiter caput, pectus, cor, stomachum, epas, lienem, renes, vesicam, uterum, articulos. Et hæc sunt omnia remedia curatoria ratione intemperiei. Ratione compositionis, sunt levigantia, exasperantia, exedentia, cicatricem remonentia, aperientia, contrahentia & similia. Ratione solutæ unitatis sunt conglutinantia, carnem generantia, cicatricem inducentia &c.

Quantum deniq; ad præservatoria, illa sunt duo præservatoria, prout sunt duplicia indicantia talia, vel per se, vel per accidens, ideoq; quædam respiciunt causam per se, quædam causam per accidens. Quæ causam per se respiciunt, sunt sanguinem mittentia, cholagoga, hydragoga, melanagoga, phlegmagoga, calculum frangentia & expellentia, vermes necantia, carminantia, incidentia, abstergentia, emollientia, repellentia, revellentia, attrahentia, sistentia & similia non multa alia. Quæ causam per accidens respiciunt, sunt illa, quæ ad symptomata referuntur, ut anodyna, narcotica, appetitum excitantia, crines producentia, crinium ortum prohibentia, crines tingentia, & omnia ornantia &c.

Quid methodus prognosticandi & medicamenta componendi doceant ab alijs potest peti.

Quod ad materialia principia, illa dividuntur in tres materias, chirurgicas, medicinales, & diæteticas. Chirurgicæ materiæ sunt potissimum cauteria seu fonticuli, vesicatoria, cucurbitulæ & scarificatæ & nō scarificatæ, venæ sectio: Et horum ratione agendum de instrumentis ipsis, quibus in chirurgia vel propter sanguinis missionem, vel propter quid aliud utimur, de

*Materialia principia.*

*Chirurgica.*

M

metallo



DE RATIONE FACILE

Medicina-  
lia.

metallo ignito, auro, argento, ferro, item de medica-  
mentis causticis, illis enim, ut talia sunt, non nisi in chi-  
rurgia utitur medicus, Quare rectè, licet ratione aliarum  
facultatum sint medicinales materiae, hoc modo non in-  
eptè ad chirurgicas referuntur; de scalpello insuper, de  
novaculis, forficibus, ferris, forcipibus seu tenaculis,  
vossellis, specillis, acubus, cannulis, fasciis, spleniis,  
pulvillis, penicillis vel turundis, tentis, ferulis, fibulis  
&c. Medicinales materiae considerantur dupliciter,  
vel in se vel respectu remediorum: Nam considera-  
tio per se, est etiam medico necessaria propter usum.  
Quatenus autem in se considerantur, dividuntur in  
venenosas & non venenosas: utraque in simplices &  
compositas: Simples in inanimatas; ut metalla, la-  
pides, marina; & animatas, (non quod iam cum ad-  
hibentur à medico sint animatae, sed quod saltem fue-  
rint animae participes) quae iterum dividuntur in ra-  
dices, fructus, semina, folia, flores, ligna, cortices, suc-  
cos, liquores, gummi & resinas, animalia integra, eo-  
rum partes, eorum excrementa. Compositarum ra-  
tione, quia rectè in tales dividuntur species, agitur de  
aquis stillaticis, syrups, decoctis, Loh, Zulapiis, ele-  
ctuariis solidis mollibus, conservis, conditis, pillulis, os-  
leis, confectionibus solidis, pulveribus, tragæis, extra-  
ctis, clysteribus, collyriis seu sief, unguentis, catapla-  
smatis, emplastris, cerotis, dropacismis, sinapismis,  
embrochis, epithematibus, fomentis, balneis, collu-  
tionibus & ablutionibus, scutis, sacculis. Et in omni-  
bus simul methodus componendi materias. Quate-  
nus considerantur cum respectu ad remedia, tum divi-  
duntur pro divisione remediorum, & sub his, in sim-  
plices & compositas, & sic deinceps in reliquas species,  
ut in



ut in simplici materierum consideratione. Diætetica *Diætetica.*  
etiam materiæ dupliciter considerantur, vel simpliciter & in se, vel respectivè, relatæ ad remedia. Si in se, dividuntur in sex res non naturales, de quibus ordine præcipitur: Si respectivè, eatenus agitur de aëris facultatibus, item ciborum, ita ut facultates tanq̃ loci ponantur, ut, de cibis temperatis, calidis, frigidis, humidis, siccis, boni, mali succi, lenibus, acris, crassis, subtilibus, medijs, stomacho idoneis, alienis, capiti nocentibus, inflativis, flatus solventibus, facilis, difficilis coctionis, velocis, tardæ digestionis, multarum paucarum superfluitatum, multi nutrimenti, pauci, laxantibus, astringentibus, urinam moventibus, eodemq̃ modo ad remedia, reliquæ res non naturales reducuntur, ad quæ possunt, motus inquam & quies, somnus & vigilia, excretio & retentio, quorum ratione agitur de ijs, quæ repletionem & inanitionem respiciunt, ut de V. S. scarificatione, purgatione, sudore, balneo, venere, animi affectibus, non ut iam ob sunt & adversantur nobis, ac causæ morbificæ externæ naturam induunt, sed ut morbo adversantur & materiæ remediorum appellantur. Hæc sunt principia medica tam formalia quàm materialia. Verùm cùm materialia eligi non debeant, nisi antea cognoscatur an indagatis formalibus principijs, quæ medici, remedia, scopos, & intentiones vocant, possit necne satisfieri, idcirco ante materialia, in genere de prognosticis doctrina; Item cùm syndrome morborum possit in uno esse individuo, ut necessarium sit, varia invenire remedia, ideoq̃ methodus componendi medicamenta, simul non iniquè explicatur.



## DE RATIONE FACILE

*Specialis  
trium mē-  
brorum  
medicinæ  
tractatio.*

His ita peractis, iam ad specialia, medicinæ de-  
bet Studiosus p̄gredi, particulariter de sanitate agen-  
do, utpote capitis, cerebri, ventriculi, & reliquarum  
partium; Item particulariter de morbis tam ratione  
finis ad quem etiam signa refero, quàm ratione medio-  
rum. Ac postulabatur quidem, primò ageretur de vi-  
tijs capitis, tam externis, quàm internis, sed ille modus  
impeditur à nostra meliore & faciliore cognitione:  
Cùm enim vitijs reliquis particularibus curandis, fe-  
bres sæpissimè coniungantur, hisce ignotis, integrè  
vitia illa intelligi non possunt, ut phrenitis, lethargus  
&c. ideòq; doctrina de febris omnium primò est  
perdiscenda, non quia sint totius corporis, hoc enim,  
nisi symptomaticè considerentur, minimè verum, sed  
quia ad aliorum morborum cognitionem plurimùm  
conducant, nam alioqui in morbis cordis essent priùs  
explicandæ. Atq; ut meliùs eò universalibus particu-  
laria applicentur, hæc methodus in speciali tractatione  
membrorum medicinæ teneatur, ut primò sanitas unius-  
cuiusq; partis explicetur hoc modo, ut primus locus  
tribuatur principijs istius partis, utpote si sit organica,  
quas habeat, ex quibus est composita, partes, utpote  
principales & minus principales: In utrisq; quærat  
iam sanitas, quæ consistit, ut ex superioribus licet per-  
spicere, in temperatura potissimùm, quàm consequi-  
tur compositio & unio: In compositioe consideren-  
tur illa, quæ temperaturam consequuntur, & quæ ne-  
cessariò accidunt, ut secundum Capevaccium Gavalles-  
tium & alios Capevaccianos loquar, hoc est, perpen-  
dantur omnes qualitates sensiles, præter odores & sas-  
pores in partibus minus principalibus, magnitudo  
numerus, figura, situs. Tandem progressus fiat ad  
signa



signa sanitatis, & præcipuè ad actiõem istius instrumenti, vel organicæ partis, quia cùm morbus immediatè lædat actionem, sequitur optimum signum de sanitate ex actione hauriri: Si enim illa est illæsa, nondum morbus irrepsit: Ideoq; totius instrumenti actio consideretur. Atq; hoc primò fiat in partibus principalibus organi, postà idem in minus principalibus, initio factò ab essentia partis, temperatura deinde, & quæ hanc consequuntur, eiq; necessariò accidunt: Ad actiones quoq; progressu factò, ut sunt attractio, retentio, alteratio, expulsio. Atq; hæc quoq; breviter est methodus, anatomica, latè & prolixè ab Hieron. Capevaccio, cuius ingenium & eruditionem docti satis commendare non possunt, insulsi, non intellecta eius scripta derident, & eius discipulo Michaële Gavassetio explicata: Nam illa methodus tantùm spectabilem subiecti nostræ medicinæ, & unius tantùm partis finis, eiusdem disciplinæ, non ita universalem, tractationem respicit aut proponit. Ad alteram partem finis, quæ de morbis est instituta, quod attinet, videtur omnium optima methodus, si iam coniungatur finis cum medijs, & quæ ad finem ac ad media referuntur, ut signa dragnostica, quæ affectus p. n. item prognostica, quæ curam vel impossibilem vel possibilem vel facilem vel difficilem designant: Si enim morbi separatim in speciali tractatione explicarentur, & separatim postea uniuscuiusq; remedia; aut bis idem sine necessitate repeteretur in disciplina, aut difficultas doctrinæ augeretur, nam quod primo intuitu posset intueri, si cõiunctim dicta explicètur, id cogeretur varijs in locis medicinæ addictus studiosus inquirere; atq; ita non tam facile perdisceret Medicinam, quàm



DE RATIONE FACILE

alioqui posset. Quare talis in partium vitij & medijs medicis specialiter vel particulariter consideratis observetur methodus, ut primò ponatur definitio vitij, in qua modus generationis, forma, subiectum, causa simul explicentur: Deinde differentia à forma, subiecto, & causa petita: Tandem signa, & causæ & morbi: Postea indagentur remedia, sive agatur de mendendi modo: Demum de prognosticis sive curæ signis: Postremò de remediorum materijs, chirurgicis, medicinalibus, diæticis, de quibus multa apud solidè doctos, Capevaccium, Forestum, Peredam, & alios quàm plurimos scripta reperiuntur, ad quorum assiduam lectionem se quilibet medicarum rerum cognitionis studiosus, sua sponte conferet. Mihi hîc placet theoriæ meæ vela, explicatis explicandis, tot enim tantum reperiri in Medicina nemo negabit, aut quid non sub his contineatur, producet, contrahere, & divinæ clementiæ, favori, gratiæ, summas gratias pro omnibus clementer concessis bonis agere, ac ut veritatem tandem inclarescere in omnium disciplinarum generibus, aut saltem confirmari ac conservari sinat, suppliciter orare.

FINIS.





155 172

ULB Halle 3  
004 099 494




TA → 70

17 01

Juli 64.







Small red and gold label on the spine, possibly containing a library or ownership mark.

100  
157







73

IOACHIMI ILLYES  
**NOVA THEO.**  
RIA, DE NATVRA, CONSTI-  
tutione & facili via discendæ  
Medicinæ,



SCOPVS ET OECONOMIA TO-  
tius tractatus, Capitul. 1.



IRCA PHILOSOPHOME-  
dicam, de natura, essentia, constitus-  
tione & ordine doctrinæ, Asclepias  
deæ disciplinæ, hanc contemplatio-  
nem, occupati ( de cuius nobilitate,  
vel præstantia, ac utilitate, præfatio-  
nis loco, non absre esset, ppter per-  
versum nonnullorun, de valde hac in vita commu-  
ni necessaria utilissimacq; disciplina iudicium, quædam  
præmittere; Quia tamen nullo est opus, vino, ut in  
trito sermone dicitur proverbio, vendibili, suspensâ  
hæderâ, satisq; per se est clara, celebris, illustris, Me-  
dicina, imô subiecti ratione, philosophica excepta sa-  
pientia, facilè præstantissima, cùm hominem sanum  
vel sanandum, præter reliqua, non certè corpus hu-  
manum solummodò, sed totum hominem, ex anima  
& corpore constantem subiectum sibi attribuat, quem  
nobilitate atq; præstantiâ facilè, hōinem peccatorem,  
personamq; in foro litigantem, cum sanitas Dei do-  
num

